



# **Ioannis Pistorij a VVuorden, ob euangelicae doctrinae assertionem, apud Holla[n]dos primo omnium exusti, uita**

<https://hdl.handle.net/1874/432356>

# IOANNIS

## PISTORII A VVOR

DEN, OB EVANGELICAE DO-  
ctrinae assertionem, apud Hollados primo om-  
nium exusti, uita: Per Gulielmum Gnapheum

Hagiensem anno M.D.XXV. conscripta.

sed nunc primum à quodam pietatis  
studio in lucem edita.

ACCESSERVNT EIVSDEM PISTO-  
rij congressus disputatorij, cum Inquisitoribus Hære-  
tica pravitatis habitis: potissimū uero super conie-  
ctio sacerdotali, & hominū decretis.

ADDITA EST ORATIO APOLO-  
getica, pro captiuo Vuordenate: de indicto sa-  
cerdotibus cœlibatu. Eodem Gulielmo  
Gnapheo Hagien. authore.

PSAL. LXIII.

Excuerunt ut gladiū, linguas suas: intenderunt ar-  
cibus, ut amara, ut sagittæ in occultis immaculatū.

ANNO M.D.XLVI.

2

IOANNIS

ISTORIE AVOR

DE STANBETIA

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR

AVOR



**GVLIELMVS GNA  
PHAEVS HAGIENSIS PIETA-  
tis studioso lectori Salutem**



**I**NTER eos, qui aut ex-  
cellentium populorū  
res gestas, aut insigni-  
um uirorum præcla-  
ras uirtutes fidelibus hystoriarū  
monumentis tradiderunt, hi mi-  
hi quidem uidentur non male de  
republica Christiana meriti, studio-  
se lector, qui martyrum Christi sup-  
plicia bona fide memoriæ prodi-  
dere, quamuis eorum qui hoc fi-  
deliter præstiterunt, hoc nostro sæ-  
culo mira paucitas habeatur. Nā  
præterquod diligens hystoria-  
rum lectio iudicium acuit, inge-  
niū excolit, memorię uim excitat,  
& prudentiam imprimis auget, di-  
uorum certè exēpla, & insignis mar-



tyrum Christi uictoria non mo-  
do diuinā erga nos benignitatē, &  
fidei Christianæ uirtutem nobis  
ob oculos ponit, uerū etiam ad a-  
morem Dei, & constantiorē fidei  
nostrę professionē, ceu calcaribus  
quibusdā, uehemēter nos extimu-  
lat, & in diuini nominis laudes re-  
sides animos assurgere cogit. Hæc  
causa fuit, cur optimi uiri, & cō-  
stantissimi martyris Christi Ioan-  
nis Pistorii uitam & obitum, unā  
cum disputationibus cum Sophi-  
stis Louaniensibus ab ipso in car-  
cere habitis, cōscribere sim aggress-  
us. Cum enim tam arduū sit, ho-  
die coram sæculi nostri scribis &  
pharisæis nomē Christi purē & ex  
nascentis ecclesiæ auspiciis, sum-  
mo nos quidem probro digni si-  
mus,

mus, si non ueterum exemplo, religionis nostræ fortiter assertæ exemplâ postérité transmittamus. Nisi non tam memorabile est nomen eorum, qui Euangelio Christi, uel sanguine profuso defendendo, quàm qui olim pariundo incubere. Imò, si rem ipsam attentè excutiamus, hoc sanè inter utriusq; ætatis martyres interesse uidebitur, quòd illis quidem tyranni manifestè impii, & citra cōtrouersiam idololatræ, necem intulere: his uerò domestici quidã hostes, iidemq; mentitæ religionis specie tecti insurgât. quorũ laruas & personas, deinde & ius consuetudinis firmitate petitem, quod iactant, quantus labor sit, uel contemnendo uicisse, uel antinomiis refutasse, hoc potissimum nostro seculo

Io norunt, qui hoc periculum fe-  
cere. Periculosa nimirum ac du-  
bia sit pugna oportet, in qua uno  
eodemq; signo prætecto, in una ar-  
morum facie, ut apparet, decerni-  
tur: adeoq; ubi Christus Christo,  
ueritati ueritas in speciẽ bellũ in-  
dicit Quis tã ancipitis pugne ma-  
gnificũ uictorẽ, emergẽte iterum  
Euãgelica ueritate, laudibus nõ es-  
uehat, nõ decãtet, nõ immortalĩ  
nominis gloria donet? Ne si tacea-  
mus, uideamur uirtuti suũ enco-  
miõ inuidere. cũ dignũ laude uirũ  
Musa uetet mori. Hæc cũ ita ha-  
beant, nihil prius mihi faciendũ  
dixi lector optime. q̃ ut quẽ mihi  
hic uel cõpertissima essent oculo-  
rũ meorũ testimonio, uel fidelissi-  
ma ipsius martyris cõcaptiui mei  
narratione didicissem, literis pro-  
derẽ.

derē. quò fit, ut nihil minus q̄ fidē  
in his lucubratiūculis nostris me  
ritò desyderes. porrò historiā hāc  
in quatuor secare partes uisū fuit.  
quarū prima martyris nostri de-  
scriptionē eiusq; adolescentiā da-  
bit. Altera apologeticā orationē  
habet, qua pollutissimus ille sacer-  
dotū cœlibatus pro causa uorde-  
natis cōfutaf. Tertia docet, q̄ plū-  
beis argumētis & frigidis rationi-  
bus ueritatē ipsā oppugnēt sophi-  
stæ, quanq; animi impotentia in  
Christi martyres graui illi ferātur.  
Postremū uerò actū constantissi-  
mi martyris suppliciū & gloriosū  
ipsius obitū occupabit. Bene uale  
lector oprime, & laborib, nostris  
ex pietate susceptis, in Dei gloriā,  
& publicā Euangelii gratulationē  
utere. Ex exilio nostro Kalen. De-  
cēb. Anno 1529. A iiii





# IOANNIS

A VVORDEN VITA,

PER GVLIELMVM GNA-

phicum Hagiensem in lucem edita.



**I**OANNES Pistorius, natione Hollandus, patria Vuordenas: humili quidem, sed honesto loco, honestisq; parentibus natus, coeuis suis uita honesta ac uirtute à puero praeluxit. Inde adeò iam natus duodecim annos, cū in æde summa apud Ultraiect. Canonicos de more accineret ( uox nimirum puero arguta erat ) sacerdotum collegio gratissimus fuit. In hoc autem uita genere cum exacto trienio rauescere cœpit, egrè admodum obtenta à sacerdotibus rude, ad intermissa imò remissa aliquandiu literarum studia summa cū animi alacritate redijt. Hinc præceptore utitur Ioanne Rhodio, per celebri Hieronymiani collegij præfetto, uiro cūdocto, tū pio. à quo pietatis & religionis nostræ præcepta studiosè didicit, professionisq; suæ tyrocinia sedulo exercuit. inde adeò & cum præceptore suo studiosus discipulus in Lutheranismi odium statim est uocatus. Cœperat enim per id  
A 7      tempus

tempus emergere ueritas Euangelica: cui uin-  
dicanda crebris in Germaniam profectiombus  
idem Rhodius iam tum uacabat. Pater uerò  
optimus filio timens exitium, glifcente nimirũ  
indies magis atq; magis odiosa Lutheranismi  
fufpitione, eum iam è ludo domum reuocatum,  
editui munus fecum obire iuffit. In quo quidem  
minime deftitit Euãgelij renafcentis præconia  
conciuibus paffim fuis inculcare, & multos pro  
felytos Chrifto adducere. Hinc uerò Louanium  
miffus ad capiendum ulteriorem ingenij cultũ,  
Erafmo nõfiro Batauorum gloriæ & splendo-  
ri, cum quo parenti optimo uetus hofpitiũ ac  
fuma neceffitudo in adolefcentia fuerat (unã  
enim domi in literis triuialibus perdiscendis mi-  
litauerant) commendatus mirum q̃ breui tem-  
poris curriculo profecerit. Pater uerò exhinc  
rei fuæ familiaris compendio magis intentus, q̃  
filij fudijs, meditatũ rationem, qua & ex filij  
opera prouentum accipiat: Traiectum proinde  
eum mittit facris initiandum. Cogitur hic iuue-  
nis optimus parentis fui uotis acquiefcere, cogi-  
tur facris nomen dare, adcoq; Lutheranismum  
abiurare. quod hætenus quidem fecit, quate-  
nus feftas nescit religionis Chriftianæ fimplici-  
tas. Hoc uitæ genus ut nunq̃ ualde placuit Pifto-  
rio, ita paffim teftatus eft, fe eam ordinis eccle-  
fiaftici

fici seruitutem admisisse in patris gratiam, vel  
ut hac uia ex professo posset cathedismū exer-  
cere, ut studiosè exercuit in patria. Cuius rei fa-  
ma magis atq; magis crebrescente, factum est,  
ut non ita multò post Traiectum pro causa di-  
cturus uocaretur. Sed ob animaduersas ibi tum  
insidias sibi intentatas, comparere coram mali-  
gnantium sibi ecclesia detrectauit. Eam con-  
tumaciam Traiecten. collegij flamines grauissi-  
ma querimonia apud Hollandiæ senatum depo-  
suerunt. Habita est sycophantis fides, comprehen-  
ditur cum suo quodam symmista Pistorius ab ar-  
cis Vuordensis præfecto. Cum uerò aduersarij  
cuium (ut creditur) metu fracti, crimen here-  
seos captiuis intetare supersederent, idq; eo lo-  
co, ubi rerum non ita potirentur: euenit, ut cum  
alter ille dysenteria laboraret, hic noster Vuor-  
denas carcere quoq; suo, ob morbi contagium,  
sed data fide de sistendo iudicio, eximeretur.  
Traiectenses Officiales dolentes hunc bolū ē suis  
faucibus ereptum, grauissima sua interminatio-  
ne eò adegerunt utriusq; ut ultroneum exilium  
capeferent. Ecclesiam ergo Vuitēbergensem  
in Saxonijs, pietatis studio uisunt. cui pfectio-  
ni trimestri insumpto, in patriam redeūt. Quod  
ubi compertum esset Traiectinis, ad diluendum  
hereseos crimen in ius iterum uocantur. Tan-  
dem



dem Romam adire, & toto triennio natali solo  
exulare iubentur, Cuius sententiæ iniquitatem  
abominatus Pistorius, ne latũ quidẽ pedẽ oppi-  
dulo excedere sustinuit, tantũ abest ut impat-  
fecerit. Hinc ira multo grauiore pcti aduersa-  
rij, presentaneæ neci destinãt Vuordenatẽ, sicut  
bi cum intra suæ ditionis pomeria offendant.  
Datur id negocij præfecto equitũ, ut tam rebel-  
lem ac contumacẽ hominẽ comprehensum Tra-  
iecto inferat. Interea Vuordenas noster à ditio-  
ne Taicctensi abstinens, Totã Hollandiã pera-  
grat, fratres et ecclesias in Domino coactas pas-  
sim cõfirmat. Quid? q̃ me quoq; unã cũ Corne-  
lio honio iuriscõsulto doctissimo, monachismi  
à me confutati ergò captiuũ, officiose admodũ  
apud Delphos herentẽ inuisit: & magnũ pietat-  
is specimẽ nobis cõmentãdo præbuit? Ut uerò  
qd̃ doceret, etiã re præstaret uir bonus (quod  
istis hereticũ habetur) sacerdos cũ esset, uxorẽ  
duxit, qua ducta prexit, & à missarũ sacris cõ-  
tente abstinuit: ordinisq; sui desertor factus, ca-  
pitis sui uerticẽ tõsori radendũ subijcere detre-  
ctauit. quin operas quoq; seruales subire nouus  
maritus minimẽ recusauit. Modò enim pistorẽ  
agebat, modò foforẽ, modò calonẽ, ut cuiq; sua  
opera opus erat. Taceo, q̃ uerbi interim nego-  
ciũ domesticatim tractauit, Euãgelici præconis

munus sedulò obiens: adeò illi religio fuit tēpus  
ocio ullo cōsumere. Cum ijs quæ dixi, studijs bo  
nas horas nō malè exigeret, euenit ut Ro. Pon  
tifex nutāti, imò lapsabūdo suo regno cōmētis  
nouè indulgētis (ut uocāt) succurreret: ut quæ  
iam nō uenirent, quod solēt, sed gratuito præ  
ter morē obtruderētur pœnitētibus, & Eucha  
ristiæ sacra frequentātibus. Eæ cū Vuordāoppi  
dulū illatæ uulgarentur, iisdē sese opposuit hic  
martyr noster, ceu murus quidā p̄ domo Israe  
lis. Quippe ut sathanæ cogitationes etiā per  
spectas sibi habebat uir pius, ita Antichristi cō  
silia & imposturas faciliè olfaciebat. Hinc adeò  
reiecit se in cellā confessionariā & ipse. Hic il  
le, dij boni, quāto cū feruore animi indulgētia  
rum strophas et dolos apertè p̄didit? Etenim, ut  
q̄ plurimis nūdinationē illam exosam redderet,  
pariterq; ab indulgentiarum impostura multos  
reuocaret: nullā sanè stipem è confessionibus il  
lis (quod uulgus sacerdotum solet) colligens, id  
unicè studuit, ut pietatis & Christianæ doctri  
næ rudimenta omnibus inculcaret, & turbatas cōscien  
tias Euāgelio Christi tranquillaret. Hinc adeò  
factū est, ut ciuibus gregatī ad illū cōfluētibus,  
parochi questus ualde frigeret. Qui huius rei  
dolore motus, Magistratum urgere minimè de  
stitit,

fitit, ut hominem talem, qui sacram Synaxin,  
supplicationes publicas, et Pontificis Rom. au-  
thoritatem improbatam contineret tam illiberali-  
ter, & de sacra prohiberet. Quod ubi factum esset,  
martyr noster fratrum precibus adductus, ne tam  
pie ceptum opus intermitteret, & inualesceret  
magis atque magis papae nundinatio, sub his die-  
bus semel rem sacram fecit, semel caput tonsori sub-  
misit, charitati magis et presertim rerum necessitate  
ti acquiescens, quam affectibus indulgens. Hoc illud  
postremum ac numero quartum fuit sacrum, quod triennalis  
sacerdos unquam fecit. Sub hac uero defuncto  
mercenario, quem diximus, parocho, Romanista  
quidam priori successor nouam tragediam Vuorden-  
nati mouet. Coactus enim senatu Pistorius noster  
iudicio sistitur, proque causa dicere iubetur. Ro-  
gatus uero multa super Papatu, super purgatorio,  
& Patrum Decretis, uno adeo dicto aduersario-  
rum procacitate eludens, contestatur, Deum frustra  
coli preceptis ac doctrinis hominum. Ceterum  
conjugii sui, quam postulabant rationem, offerebat  
se coram doctiore simul ac frequentiore ecclesie  
conuentu redditurum. Accersuntur igitur  
sacerdotes, qui de causa coniugali cognoscant,  
ijdemque tres de nomine, sed in hoc triumuiratu  
erat, qui prius quam ad inquisitionem uentum  
esset, noui parochi conatum & gloriosam actionem

stem eludens, rogabat, cuiusnam mandato eas  
turbas dare in libera ciuitate ausus esset. Cum  
uero eius rei mandatū à superiore iudice nullū ha-  
beret, pudefactus ille abiit, ac dissoluit concilia  
bullā. Ceterū postero die acceptis à Vuorden.  
Magistratu rerū apud illos gestarū tabulis, om-  
nia quae potest, odiosissimè calumniator ille impu-  
dens apud D. Margarethæ aulā deponit. Cuius  
postea iussu iterum cōprehensus Vuordenas, Ha-  
gā Comititis, quæ mihi patria est, aduehitur, qua-  
tuor stipatus lictoribus. In qua processione et si-  
identidē patuit captiuo elabendi etiā tuta occa-  
sio, fugere tamen ne tentauit quidem. Quin Ha-  
giensem carcerem gaudens uelut ultro insiliit.  
Huius rei fama (ut erat noua) cū ad aures meas  
pferretur in ludo literario tum quidē rem gerē-  
tis, correpto calamo apologiā quandā pro uin-  
cto fratre ex pietate meditor: qua causam eius  
iustā, faciliē, uincibilē ppugnare aggredior, ne-  
scius quæ eadē captiuitatis sors mihi quoque tū im-  
mineret. Nam intra triduum proximum eodem  
carcere concludor, proditus à factione Mona-  
stica: ut quorum ordinem scripto improbaſsem.  
Hic sane, ut suauissimum hominis conuictum  
taceā, calamo ipso dictate furtim excipio, quæ  
ab Inquisitoribus priuatim illi obtigissent. Ea  
sequentibus congressibus bona fide reddentur.

Quod



Quod si propius uelis, amice lector, hunc homi-  
nem tibi delineatū, sic habeto: Corpus illi erat  
rectum ac procerū, facies reuerenda et hilaris,  
frons ardua, uultus ingenuus et liberalis, capil-  
licium oblongum, nigrum, ac rarum, ossa robo-  
re firma, etas integra. XXVII. enim annum  
uix attigerat. In disputando uerò acer fuit, in  
docendo apertus, in admonendo liber, in corri-  
piendis aduersarijs mirè feruidus: tum incessus  
hominis equus erat ac grauis, color uerò suffu-  
scus. Possem pleraq; alia tam uirtutis q̄ fidei ar-  
gumenta, quæ per id tempus clarissima in eo ad-  
uerti, referre, nisi frustra uino uendibili hic ap-  
pendatur hedera, iuxta prouerbium. Etenim  
quis fuerit, q̄ pectus illi in Domino arserit, suo  
ipse martyrio et obitu satis superq; declarauit.  
Hæc habui, quæ de uita hominis pijsimi, quãq;  
strictim, perscriberem. Tui candoris fuerit, le-  
ctor amicissime, laborẽ nostrum Christianæ pie-  
tatis studio susceptum boni consulere. Quod si  
reliqua quoq; leges, quæ mox daturus sum, di-  
xeris haud dubiè cum Propheta, q̄ murum  
hunc fecerit Dominus sanctum suū.

Nunc apologiã quam polli-  
citi sumus accipe.

ALTE

# ALTERA HVIVS LIBELLI

SECTIO DEFENSIONEM HA-

bet pro causa Ioannis à Wörden, qua polluti-  
tissimus ille Sacerdotum coelibatus uarie

confutatur, per Guilhelmum  
Gnapheum.



**Q**UANQVAM ipsis sacrarum  
literarum testimonijs luculenter sa-  
tis expressum est, quàm liberum  
etiam Sacerdotibus sit, matrimoni-  
um in Domino contrahere, tamen quoniam ui-  
deo non parum multos hic esse, quibus persua-  
sissimum est, consuetudinem humanitus introdu-  
ctam uim diuine legis habere, & Sacerdota-  
lem coelibatum iure diuino asseri, facturus ui-  
deor operæ precium, si ad asserendam uerita-  
tem, rationes scripturæq; colligam, quibus in-  
notescat omnibus, quàm non sit Sacerdotibus  
indictus scripturæ autoritate hic pollutissimus  
coelibatus, qui Vuordenatē nostrū in uinculis te-  
nere uidetur: quod ut probabilius à me fiat, opus  
mibi esse sentio candidis iudicibus, qui ex equo  
& bono magis, quàm priuatis affectibus, rem

B bene

bene expensam iudicent: arbitantes id quod  
res est, receptæ cōsuetudinis tyrannidem, quam  
uis multa annorum serie uallatam, diuino iuri  
neutiquam præscribere, aut quicquam præiudi  
care posse. Etenim si patiare affectus tuos uero  
superiores esse, ita ut uulgo fit, prono sanè lap  
su cum Sophistis omnibus in ueritatem ipsam im  
pingas oportet, quo fiet, ut bonum malum, ma  
lum bonum, tenebras lucem, & lucem tenebras  
contenderis. Verum enim uero si ex consilio A  
postoli captiuum faciamus intellectum nostrum  
in obsequium Christi, & non nisi ad scripturæ  
sacræ regulam, ceu amussim, iudicium nostrum  
formemus & exigamus, de causa uincti fratris  
aliquanto rectius, quàm uulgus facit Christiano  
rum, iudicauerimus. Audio enim flammam &  
ignes iactari in coniugatum sacerdotem, etiam  
si nōdum quicquam pro causa sua dixerit. Que  
so autem uos iudices, ut nihil temere hic agatis,  
neu uulgi præceptis iudiciū sequamini, ne, si hūc  
hominem ob coniugium nil quidem mali meri  
tum perdat, ueritatem ipsam iuguletis, quod  
omen auertat Deus, qui & corda uestra aperi  
at, ut intellectis scripturis, & bene perpensis ra  
tionibus, quas adferemus pro nostra quidem te  
nuitate, ueritati suum suffragium ex professo fe  
ratis, & hominis iniuste capti innocentiam se  
dulo

dulo tue amini. Sic futurum erit, ut ad ueritatis  
solem re satis explorata doctiores facti, men-  
tem uobis bene per omnia consciam in iudican-  
do sitis habituri.

Igitur ut ab exordio creatiōis humani gene-  
ris ueluti ab ouo, quod dici solet, rem auspice-  
mur, quo hoc decliuore uia ad institutum no-  
strū et Vuordenatis causam feramur, audisse, et  
cognouisse est opera precium, quibusnam uer-  
bis uir Dei Moses conditi hominis rationē pro-  
sequatur. Creauit, inquit ille, Deus hominem ad  
imaginem & similitudinem suam, ad imaginem  
Dei creauit illum, masculum & fœminam crea-  
uit eos. Quibus uerbis aperte constat, non uno  
aliquo, sed biforni sexu hominem primū condi-  
tum esse, neq; id uel temere uel uane, nisi uanus  
ac temerarius sit opifex ille, qui condidit uni-  
uersa, qui cuncta disposuit in numero, pondere,  
& mensura. Conuicium sane dixerit in Deum,  
& iuxta legis diuinæ edictum plectendus esset ca-  
pite, qui hanc rationem conditi hominis sugilla-  
ret. Quod autem minimè ociosa sit huius fig-  
menti ratio, uel ipsa corporis nostri membra,  
que indecōra uocat Apostolus, satis loquuntur,  
Ea enim conuincunt, nos quidem matrimonio  
aut, si matrimonij uocabulum odio est, genia-  
li copula natos esse.



Deinde cum dispari a deo sexu conditus sit homo, non potest non ita manere conditus. Quia enim uel aut uirtute reflexeris figmentum Dei, nisi Deo ipso superior sis? aut esse contendas? Quid est porro biformi sexu conditum esse, nisi ut pro sexus conditione genuinae copulae, ut minimum, uel affectu sollicitemur? Etenim ut uiro in manu non est, quo sese in foeminam transformet, tam etiam mulieri negatum est, ut commutato sexu in uirum degeneret. Quippe creatura omnis suo placet creatori, qua forma, quo habitu ipsa primum condita fuit, nisi peperam perhibeat scriptura, quod Deus uidit cuncta quae fecerat, & erant ualde bona. Quod autem Dei opera Antichristo bono non sint, satis arguunt sanctiones ipsius de sacerdotum caelibatu, quibus iubet marem non esse marem, foeminam non esse foeminam, quo quid aliud, quam sacrosancti coniugij odio sese laborare significat?

Gen. 1.

Conditum uero iam hominem masculum & foeminam benedixit Deus. Quid est obsecrare hoc loco benedicere Dei, quam profectum imperare, & ut tales se declarent, quales conditi sunt iubere? Voluit itaque Dominus, ut homo conditus masculus & foemina, non paterentur uel inertem uel sterilem iacere genialem naturae uim, sed

Gen. 1.

sed ut benedictioni diuine acquiescentes in ea  
generatione usq; proficeret, Hoc illud est, quod  
dicit, Crescite & multiplicamini ac cōplete ter-  
ram. Nullus hic quidem tergiuersationi locus.  
Audis enim & uides, quasi in meridiana luce cui-  
nam usui creaturam hominem creator Deus de-  
stinarit, nimirum uti cresceret ac multiplicare-  
tur & impleret terram. Vnde id fiet autem? num  
ex satis serpentis dentibus, aut iactis in tergum Metamor. 9.  
mortuorum ossibus, ut est in Poëticis fabulis? Mi-  
nimè, sed ex congressu, qui utriq; sexui secun-  
dum naturam & pudicitiam coniugalem consen-  
taneus sit. Interim non nego, si internum hominē  
respicias, quæ melior nostri pars est, & imagi-  
nem Dei propius quàm caro representat, eū in  
hoc conditum esse ad imaginem Dei, ut perfu-  
sus luce & cognitione Dei inuisibilia eius intel-  
lectu conspiciat. Ceterum quod humana ra-  
tio hic ferè rideat, atq; contemptim habeat hoc  
dictum, Crescite & multiplicamini, ex suo illud  
stomacho simulanter metiens, nihil nouum fa-  
cit, Vt enim cæca est hominis natura, & ex pers  
Dei uiuit extra animorum palingenesian, non ui-  
det, neq; agnoscit charitatis legem nobis hoc lo-  
co imprimis proponi, & cōmēdari. Quod enim  
iubet Dominus nos crescere ac multiplicari, hoc  
est, semen nostrum propagare, & liberos gigne-

re, in eo simul mandat, ut genituræ necessitudi-  
ne cohereamus, pariterq; eum affectum nobis  
indit, quo quod genuimus, oueamus. Neq; enim  
nos gignere uult, quod, ut genitum sit, debitis &  
natura obsequijs defraudemus. De sināt igitur  
blasphemii homines in opificiū Dei conuiciari, at  
que amplectantur potius charitatis proximo im-  
pendendæ legem, hoc loco nobis cōmendatam.  
Sic fiet, ut dignius & augustius de cōiugij ratio-  
ne et loquamur & sentiamus, quam uulgius Theo-  
logorum solet.

Quid, quod iisdē, quæ dixi, uerbis, genialis  
quædam naturæ nostræ uis inditur, qua in diuer-  
sum nobis sexum non possumus non ferri, ut ne  
ἐνοσθησῶμεν simus. Verbo siquidem cōdita sunt  
omnia, mare, cœlum, terra, et quicquid horum  
ambitu continetur. Verbo potentis Dei portan-  
tur omnia. Quid autem hic est uerbum Dei, nisi  
opus ipsius? ipse enim dixit, & facta sunt, ipse  
mandauit & creata sunt. Quod igitur dicit De-  
us, id agit quoq; Mandat ut crescamus, ociose  
id quidem fieret, nisi pariter inderet, naturæq;  
insculperet multiplicandi seminis affectum, id  
quod nemo non uiuo quodam sensu in se uerum  
experitur. Quare ut ortum hominis uidimus in  
superioribus, ita hic uidere licet, quo modo pro-  
gredi debeamus, iuxta creatiōis nostræ formā.  
Verbo

Hebræo. 1.

Psal. 33.

Verbo nimirum Deus suam nobis uoluntatem ex-  
presit, neq; hoc contentus uerbo etiam ipsi co-  
mitem adiungit, ipsum scilicet uerbi opus, ne si  
factum siue res non sequatur, nulla uerbi religio  
superfit. Quis igitur ad hunc, ut audistis, modū  
tam efficaciter conditū hoīem poterit transfor-  
mare, nouamq; ipsi uirtutē ac formam, abiecta  
ueterē, supponere? quod quidē tentat, quanquā  
frustra, suis de coelibatu legibus Romanus Fonti-  
fex? Nec est interim quod quis ingentum sibi  
hunc crescēdi impetum ulla uel uia uel arte aut  
sistat, aut reprimat. Naturam enim expellas fur-  
ca, tamen usq; recurret. Carnem ponat, hoīem  
mortalem exuat oportet, quisquis ab hac crescē-  
di lege uelit eximi, quando non aliter gignendis  
liberis nati sumus, ut in genere dicam, atq; ignis  
natura sua calet, aqua madet, magnes ferrum at-  
trahit. Sic quoq; non prius desinet siue uirere, si-  
ue germinare arbor, cum uiua sit radice, & ube-  
ri solo insita, quā illinc euulsa iaceat mortua,  
unicuique enim creaturæ mandatum est & in-  
iunctum, ut fructificet secundum genus su-  
um.

Hic monitor esse uelim unicuilibet homini coe-  
libatum amplexo, ut in sese descendēs exploret  
nūcubi huius uerbi uirtutem in se uiuam & effi-  
cacē experiatur. Sic enim fiet, ut cōtinendi facul-

Horatius in  
Epistolis.



tatem non ita iactitet, neq; de castitatis dono superbe gloriatur, ut quod nemo mortalium suis uiribus sibi queat uindicare. De Euangelicis autē illis Eunuchis paulo post agetur. Quis gloriabitur, inquit scriptura, castum se habere cor? Immundi sunt omnes, quicumq; importunis in carne motibus identidem titillantur & uel affectu subinde optant imò ardent geniales amplexus. Caudex sit aut stipes opinor, qui nō suo quodam impetu feratur in diuersum sibi sexum. Quin & eos qui continentiae laudem sibi peculiariter arrogant, uidemus, etiamsi mulierculis non inueniuntur, carum tamen contubernium amasse, tractasse dexteras, formas non abhorruisse, sed in iisdem contemplandis oculos aliquando pauisse, & ueluti defixos hæsisse. Nemo sane inter mortales tam Cato est, ut arbitror, qui non dulciorem mulieris quam uiri memoriam ferē habeat. Vnde hoc fit autem? nisi quia communi hac in nos lata lege tenemur, Crescite & multiplicamini? Taceo infantulorum ac puellarum adlubescentem omnibus gratiam, qua nemo non subinde capitur. Hinc nimirum uidemus homines quamuis rigidos, quamuis astorgos, puerulis tamen per temporis commoditatem colludere, arridere, atq; adeo gesticulante applaudere. Qui liberos, matrimonij scilicet genuina germi

•. Affectus  
nescios.

na deliciasq; , ad hunc amant modum , inficiari  
neutiquam possunt, quin congressus quoq; con-  
iugalis, si incidat, amore capiantur. Vtpote ex  
quo tam grata tam amena germina proueniant.  
Eant nunc Cænobitæ Virgines iste, & ob inui-  
tam continētiam, castitatis sibi titulū uindicent,  
Eant Romanistæ & Sophistæ omnes, & cum Ve-  
stalibus & Corybantibus continendi uirtute si-  
bi, quam foris simulant, mirè placeant, & con-  
iugatorum ordini præire sese iactitent. Non  
sunt isti, quod uidentur, quod audiūt, quod salu-  
tantur, cœlibes, continentes, Virgines, non sunt.  
Corporis etenim continentiam nihil moratur  
Deus, si mens sit polluta. Beatos pronunciat  
Christus eos, qui mundo sint corde, ipsi enim, ip Matt. 5.  
si inquam, non isti, qui coniugio tantum abstinēt  
in speciem, ceterum intus habent oculos plenos  
adulterij, Deum uidebunt.

Verum porro castitatis donum, ut rarissimū  
est, ita nemini conceditur, nisi qui hac lege in o-  
mnem carnem lata, ut crescat, sese superiorem  
esse re uera declaret, ita ut uerè Virgines sint  
Domino, qui integro & casto sint cum corpore,  
tum mente, hoc est, qui perpetuum habeant uo-  
tum continendi se à mulieribus, utpote quarum  
cōcupiscentia quàm minimū tangātur. In quod  
genus Eunuchis repressisse, imò extinxisse uide

tur Dominus natiui ardoris impetū, ut nulla pro  
creandi libidine moueantur. Quod donum ijs so  
lis contigisse dixeris, in quibus tam efficax fides  
fit, quæ spiritum euehat supra carnem, adeoq;  
naturæ fluxum sistat, quemadmodū in ijs id qui  
dem fieri facile consentimus, quibus iam planè  
mortificatis uita hæc sua in totum uileat, ut ue  
lut ex hominibus in angelos transformetur. Hu  
iusmodi Eunuchi siquidem affectuum & concu  
piscentiarū membra mortificarūt, recte dicuntur  
se propter regnum cælorum euisse. Proinde  
animū huc inducas nolim, quisquis es, quasi mo  
ralium præceptores Philosophi, aut etiam legis  
latores Pontifices tales Eunuchos Ecclesiæ dent  
Christianæ, cum unus id præstet animorum rege  
nerator spiritus, ut uerè casti simus, idq; per fi  
dem, quæ nisi purificet corda nostra, & à libidi  
nibus nos repurget, licet immundi manemus: &  
de nobis hypocritis iactari posset illud Flacci: In  
trorsum turpes, speciosi pelle decora. Hoc illud  
est, quod prædicat scriptura, fidem esse cinctori  
um lumborum nostrorum, cum æstus ille libidi  
nis, cui in lumbis sedes est, non nisi fide extin  
guatur. Hinc et sapiens Hebreus: Sciebam, inq;  
quod non potui continens esse, nisi Dominus de  
derit.

In Epistolis.

Bjaia.

Quod si hæc tam rara ad cælibatum uo  
catio

ratio, tam paucis etiam inter electos contingat,  
unius nimirum Dei beneficio ac uirtute, quid est,  
quod eam à tot milibus hominum extorqueat.  
Romanus legislator, dum coelibatum illum suū  
indicit indiscriminatim oībus sacrificulis, Non-  
nis & Monachis? Vnicuiq; dedit mensuram fi-  
dei Spiritus pro suo charismate, non pro tuo uo-  
to, aut imperio bone Pontifex. Non est in tua I. Mulierum  
amatoribus.  
mano, ne erres, ut ex Gynecophilis reddas 1. Coniugij  
osores.  
gamos. Huiusmodi enim status sibi liberos uoluit Ioan. 3.  
regenerator spiritus, iuxta illud, Spiritus ubi  
uult spirat. Sed ad genesin reuertamur.

Dixit quoq; Dominus Deus. Non est bo-  
num, hominem esse solum. Quoniam enim ui- Gene. 2.  
debat Deus conditionem hominis sic habere, ut  
non possit non rari ad iugaleis nexus, ut cresce-  
ret & multiplicaretur, reprobata agamia, testi-  
ficatur non esse bonum, hominem uiuere solum,  
hoc est agamon. Neq; enim hic agitur de uita  
ista solitaria, quam multi etiam pij homines ob-  
turbarum & urbium fugam incoluere, sed de so-  
litudine agamię. Quod si non est bonum homi-  
nem esse solum, quod habet Dei oraculum, con-  
sequitur, bonum esse, ut coniugi societur, qua-  
re agamię solitudo non est conditioni humanę  
consentanea, utpote à qua longe lateque ab-  
esse



esse nos uoluerit Dominus. Huc pertinet, quod  
Ecclesiastes ait. Si unus ceciderit, ab altero sul-  
cietur, Ve soli, quoniam cū ceciderit, non habet  
subleuantem. Quisquis itaq; coniugium ue-  
tat, non modo uetat quod bonū est, nisi mentia-  
tur, qui mentiri nescit Deus, uerum etiam soli-  
tudinis tedio nos inuoluit, tanquā qui chari-  
tatis expers, subleuamen lapsis inuideat, cum  
constet hominem homini, non sibi, natum esse.  
Ut autem agamie malis succurreret, dixit dein-  
ceps Dominus, faciamus homini adiutorium si-  
mile ipsi. Quod quæso adiutorium designatum  
est homini, num deformis Simia, num cucurbitæ  
caput, aut inanimes pupæ? Minime. Sed edifi-  
cauit Dominus Deus costam, quam tulerat de  
Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam.  
Habet adiutorium, quod uiro coram adduxit  
Dominus, ut illud pro dimidio sui amplecteretur  
Mulieres itaq; cum in hoc conditæ sint, ut adiu-  
torio sint uiris, cur Sathane impietas ausit huic  
diuine Maiestatis decreto sese opponere, & no-  
bis adimere tale præsidium, citra quod non ita  
diu steterit humani generis propago? Mutilum  
sane reddit hominem, qui Adæ suam detrahit  
Heuam. Etenim sicut ortus noster, educatio, ui-  
tæq; progressus ab alienis pendet præsidys, Sic  
maritus pendet à coniuge, Vxor à marito, libe-  
rorum

rorum propagatio & educatio à parentibus, ita  
ut in coniugio bene constituto, & in Domino cō  
tracto, homo homini uere sit Deus, iuxta pro  
uerbium. Hec omnia tam secūda studia, tam fir  
mam concordiam, & animorum coniunctionem  
non probat in cælibatu suo Latinus Episcopus,  
qui hic suis cōstitutiunculis pugnat aduersus pla  
cita summi numinis. Coniugij siquidem religio  
nem, quam iste contempnim habet, nobis statuit  
Dominus, uel ipso facto, dum Heuam illam suo  
Adamo officiose adeo adducit, quam ille pro sui  
dimidio excipiens, ita inquit, Hoc nunc os ex osi  
bus meis, & caro de carne mea. Hoc illud est  
uinculum, hec ea copula, qua sola uerè coeunt  
connubia. Hic enim uisitur, hic, illa animorum  
coniunctio, illa alterius in alterum consensio,  
que in matrimonio tantopere meretur commen  
dari ab ipso Domino, quippe cuius ipse unus, nō  
homo mortalis, sit author. Quos Deus ita con  
iunxit, ut in hoc protoplasti parentis exemplo  
est uidere, homo ne separet. Coniungit autem il  
le animos gnesio cōiugij uinculo. Animorum cō  
iunctio precedanea corporum coniunctionem  
in Domino laudatam facit, & omnis immundi  
cie probro leuat. Hinc sanè, quoniam uxor de  
carne & osibus uiri est, ut hic uidemus, nō ab re  
monet Apostolus, ut uiri suas uxores diligant,  
ut

ut sua ipsorum corpora. Nemo enim carnem suam unquam odio habuit, sed fouet & nutrit eam, sicut & Christus Ecclesiam, quandoquidem membra sumus corporis Christi, de carne & ossibus ipsius. Pro costa enim Christo, nouo uidelicet Adæ, execta, quod factum est, dum forma Dei exueretur, infirma nostra caro lateri ipsius iam infra Deum in assumpto homine minorati, inserta est, ut nos in ipso ualidi efficeremur, atque etiusque, quam spō se sue spōsus, copularemur.

Hoc illud est mysterium, quod in Christo & Ecclesia tantopere celebrat Apostolus. Hoc illud est sacramentum, quod non patitur in ordine Ecclesiastico predicari et representari. Antequam Christus, qui Christianorum nuptias, alioqui sanctas & mysteriorum plenas, infames & tantum non sceleratas facit, qui nos à tam mysticæ rei symbolo, & exercende dilectionis officina excludit. Hinc sane non omnino uanum est, aut falsum, quod uulgo perhibent, omnia coniugia in Paradiso sancita stare. Siquidem primorum parentum exemplum pro forma quadam ueritatis coniugij nobis proponitur, ut in quo contrahentium animos uideas mutuo uelut nexu sibi coherere. Dum enim Adam, ceu liberius rem ipsam professus, dicit, hoc nunc os ex ossibus meis, silencio sui mariti uerbis acquiescens Hæua, in  
spōsi

ſponſi ſui ſententiã & animo & pedibus libenter  
iuit. Videsne ô præclare legiſlator Pontifex,  
coniugem nobis, duce Deo, ob mentem uerſari,  
ob oculos item, ut placeat, ut adlubefcat nobis  
adduci, ut uerè aſtruat Sapiens, domum & diui-  
tias nobis relinqui à parentibus, uxorem uero  
bonam à Domino dari? Cur non pateris habere  
nos, quod infinitis partibus maior te Deus nobis  
indulſit, nobis coniungi uoluit, uinculo neq; le-  
tis neq; triſtibus ſoluendo? Lex nimirum coniu-  
gij hæc eſt, ut quod in Domino cœpimus, etiã re-  
ſtante fortuna pie proſequamur. Propterea re-  
linquet homo patrẽ & matrẽ, & adherẽbit uxo-  
ri ſue. Propterea inquit, quia uidelicet mulier  
uirago dicta, à uiro eſt ſumpta, relinquet homo  
parẽtes ſuos, ut uxori adherat, qd' iſti prohibet.

Hæc iam dicta lex non modo in Adamũ com-  
petit, ſed in totã nimirum Ade poſteritatẽ. Nam  
& Chriſtus, qui ſermo eſt ſui patris, eandẽ legẽ  
nobis in Euãgelicis literis in memoriã reuocatã  
preſcripſit. Omnibus enim, qui nomẽ hominis à  
ſe non depoſuerunt, ibi dicitur, ut relictis parẽ-  
tibus uxoribus adherẽt, ut ipſi duo ſint in car-  
nem unam. Duo eſſe iubentur, autore Deo, &  
ſacerdos maritus cum ſua coniuge, in carnem u-  
nam, ſecundũ legẽ Dei in oẽm carnẽ latã. Vnde  
coſeſtaneũ eſt, pontificẽ Rom. parũ qdẽ eẽ piũ,  
qui



qui hanc iugalem copulam rescindere temere  
adeo ausit, quã Deus ipse uoluit tam arcte con-  
strictam esse, ut præ hac etiam parentes nobis  
sint relinquendi, Dei aduersarius sit oportet,  
qui irrita hic facit mandata Domini, propter  
traditiones suas, & ex membris Christi efficit  
membra diaboli. Quisquis enim adheret uxori,  
una caro cum ea efficitur in Domino. Quisquis  
adheret meretrici, unum corpus cū ea quoque ef-  
ficatur, sed in carne, non in Domino. Cuiusmodi  
coniunctioni magnam fenestram aperit, imo ia-  
nuam totam pandit, pollutissimus iste sacerdotū  
cœlibatus.

Sed obijci audio, Sacerdotes suo cœlibatu nõ  
uocari ad scortatiões, sed ad continentiam. Quã  
si uero hoc nõe minus sint scortatores apud  
Deum, quod se foris quidem continentes simu-  
lent, & maxime à coniugio arceantur, dum inti-  
mè deperant amoribus, & omnifariam conta-  
minentur. Quisquis conspexerit, inquit Chri-  
stus, mulierem, ad concupiscendum eam, is iam  
adulterium expleuit in corde suo. Quotusquis-  
què est autè inter istos sacrificulos cœlibatum  
amplectentes, qui non iuxta hanc legem subin-  
de adulterium committat? Adulterium affecti-  
one animi coram Deo audimus consummari. De  
corde nimirum exeunt cogitationes male, adul-  
teria.

teria, scortationes, blasphemiae, aliaq; id genus.  
Deus itaq; cum scortationis & incōtinentiae cri-  
mina metiatur non secundum operum prestigia  
aut larvas sanctimoniae, sed secundum habitum  
affectuum: quos quidem cœlibatus decretū neq;  
tollit, neq; purgatiores facit, non uideo quid cœ-  
libatui debeamus, nisi magnam hypocrisin et ua-  
nam continentiae persuasionem, ut plura alia o-  
mittam: quae quo magis fallunt hominū oculos,  
hoc sunt grauiora, magisq; Deo perspicua: qui  
sedens super cœlos intuetur abyssos, qui & peni-  
tissima cordium accuratius explorat, q̄ nullus hu-  
manus dies, ut ne putes cum laruis & uanis ope-  
rum speciebus ludificari posse: cum καρδι οὐρανῶν  
sit Deus, id est cordium inspector, qui renes in  
humano corpore, q̄uis intime abditos, probet, pe-  
netret, & conspicuos sibi faciat.

Rursus audio à uirginibus nostris obiectari:  
Quod cogitatione nobis perijt, cogitatu sarcire  
datur. Hæc adeo una est uestialium omnium can-  
tilena. Sed non intelligūt fatuæ uirgines hac sua  
confessione se infra conjugatorum castimoniam  
longè deijci. Nam immaculatis immaculati tho-  
ri consortibus immundiores scæminas arbitror,  
quæ istac parte, qua sibi pudorem perijsse faten-  
tur, corruptæ sunt. Cur non immaculatos appel-  
lem coniuges, qui in Domino legitimè sunt con-

C iunctis

iuncti, quippe quorum thorus impollutus ab A-  
postolo predicatur? Quod tam impurus habeatur  
passi iugalis thalamus, morali philosophia,  
ni fallor, debemus, quæ nobis pro uirtutibus ob-  
trusit eum operum cultū, cum nitor em, quo mun-  
discœnæ in primis seruitur. Quanto faciamus  
æquius, si ad fidei ac scripturæ regulā exigamus  
cuiusq; facinoris puritatem aut probrū? Quic-  
quid enim non est ex fide, peccatum est.

Iam ut cogitatione tibi sarcias amissū pudo-  
rem, non uideo. Quis enim poterit unq̄, quocūq;  
libeat, mentis affectū inclinare? quis cogitatiōi  
suis pro uoto imperet? si imperas autē, cur  
pudorem passus es tibi excidere? Qui si excidit,  
quod fateris, tua certe culpa excidit: dignus pro  
inde eris qui hoc nomine nunq̄ tibi placeas, nunq̄  
cristas attollas, q̄ integritatē corporis inuitē ade-  
o circūtuleris. Ut demus esse qui ob regnū celo-  
rum euiratus sit, hic tamen non habet, q̄ tanq̄ de  
singulari merito gloriatur, quin potius gratiam  
debet Deo, q̄ ipsius beneficio tam commodū na-  
ctus sit donum, quo tam multa curarū & mise-  
riarum sarcina leuetur, quam secū ferē trahit  
coniugium, cuius quidem crucē & labores quis-  
uis tolerāter in fide suscipit & pie perfert, non  
uideo qua parte Eunuchō illo Euangelico apud  
Deum inferior sit. Nam quod memorat scriptu-  
ra

ra, ut circumcisio legis nihil est, præputium nihil est, ita coniugium nihil esse, cœlibatum nihil esse: quod genus uitæ attinet, in cõfesso est: Personas nimirum Deus non accipit. Neq; enim est distinctio Iudæi uel Græci, serui aut liberi, uiri ac foeminae. Ex sola siquidem fide per dilectione operante pij iudicamur. Vt contra, incredulitas peccatum est ad mortem: de quo solo iudicabit Spiritus mundum, propterea q; non crediderunt in Deum, nec in Iesum Christum, quẽ misit ille in mundum.

Porro hæc Christiana & iustificans fides cõsentit, honestorum coniugium congressus q; puri, q; impolluti sint. quid igitur eos, ceu immundos et carnis opus traducunt Sophistæ & horrent polluta uirgines? execrari se simulat synagoga Papæ? Vt mundis omnia sunt munda, immundis contra nihil est mundum. Ita & iugalis thalamus non potest non esse mundus Christianis, ppter ea q; aduersus conscientia fidẽ, qua uerbo Dei regitur, hic nihil ipsi admittant. Quemadmodũ enim, quoties fame scis, cũ nullo quidẽ conscientia scrupulo, latrantẽ tibi stomachũ quietus sapias, ( fides nimirũ intus loquitur, ita natura cõparatum esse, ut famem leuemus edulijs ) ita etiam cõiugibus licet cum bona conscientia in uinum conuenire, urgente intemperantia. Fides

C ij      enim



enim consentit, hominē iuxtā ad utrunq; ex ne-  
cessitate ferri: cui & apposita remedia adhibuit  
Dominus: qui ut ipse sanctus est, ita sancta quæq;  
remedia iure creditur instituisse. Non enim nos  
uocat ille in immundiciam, sed ut unusquisq; uas  
suum possideat in sanctificationem & honorem,  
ut testatur Apostolus: Quare, cum inquit, & e-  
runt duo in carnem unam, pudendam haberi no-  
luit sexuum commixtionem, ut eam habet despi-  
catui sensus carnis: qui ut sibi sapientia, ita stul-  
titia est Deo, secundum Apostolum. Hec eo di-  
ximus prolixius, ut discant cæci homines de in-  
stitutis & operibus Dei & augustius sentire, &  
melius iudicare.

Hinc quo loco Christus coniugij legem & re-  
petit & firmat, satis clare insinuat cœlibatū ho-  
mini periculosum esse, ubi præmonitos nos uo-  
luit, ne temere nobis persuadeamus integritatis  
donum contigisse, de quo securi simus: cum in-  
quit, Non omnes capiunt hoc uerbū. Quod que-  
so uerbum? certe quòd de non ducenda uxore di-  
xerant apostoli, quòdq; tantum ij capiunt, qui-  
bus datum est. Vnde? à Patre luminū, à quo quic-  
quid est boni muneris proficiscitur. Non capiūt  
itaq; hoc cœlibatus uerbū, quæcunq; sibiipsis hoc  
donum dare ulla uel ui, uel arte conantur: ut er-  
te id enitūtur claustrales uirgines, quæ dum sibi  
imminent,

imminent, sibi insistant, ut cœlibem uitam perpe-  
tuò degant, operam ludunt. Ardor enim ille qui  
in inguine tyrannidem suam pergit exercere, ita  
ut non facile retundatur, satis arguit, quod non ca-  
pian hoc continentie uerbum hypocrite.

Quare Christus claudens hic concionem suam,  
neminem uult esse agamò huius uerbi capacem,  
nisi qui propter regnum cœlorum euiratus sit:  
hoc est, qui uirtute regenerationis uxorios affe-  
ctus superarit. Qui potest, inquit, capere capiat.  
Reliquum est, ut qui hoc uerbum capere neque-  
unt, hoc est, qui se non continent, matrimonium  
contrahant, sed in Domino, siue Nonni sint, siue  
Nonne. Quod enim citra exceptionem omnibus  
indulsit Dominus, ne portæ quidem inferorū no-  
bis ademerint. Quapropter non nisi Theomachi-  
am quandam ingrediuntur summi pontifices, qui  
totum sacerdotum gregem ad cœlibatum cogunt:  
nil pensi habentes, continentie uerbum accepe-  
rint, an non. Temere certe isti nobis creptum ue-  
niunt, quod Christus omnibus liberum reliquit.  
Quod si una eum edicto suo legem membrorum  
compesceret, Pontifices audiendi merito essent.  
quod cum non præsent, quid aliud suis statutis  
nos, quod sepulchra quædam foris dealbata, intus au-  
tem omni spurcitie scatentia faciunt? Quoniam  
igitur, ut rasi sunt sacerdotes, ut flammæum acce-

perunt Vestales, caro & sanguis etiamdum manent, neq; in angelicam naturam abierunt: liberum ipsis manebit, etiamsi rumpantur ilia emulis, hoc coniugij remedium sibi adhibere, quod ipse Deus sistendis naturæ in uentrem despumantis fluctibus accommodatum uoluit. Hanc libertatem uobis cordati flamines præripiat nemo: ea audenter utimur, quando ita res fert, etiam in ignominiam aduersariorum Dei, quos decebat præter scripturam nihil uobis præcipere. In resurrectione mortuorum non tradentur nuptum mulierculæ, neq; uxores ducent uiri, sed erunt ibi quidem sicut angeli Dei. Atqui hanc uitam coniugium requirere uel id argumento sit, quod non ociose opinor, creet Deus masculum & feminam, sexu genitali propagationi appposito, ut ante dictum est.

Itaq; quoniam non clam erat Apostolo, nos gignendis liberis natos esse, quo & rapimur genitali quadam pronitate, monuit ille unumquemq; ut propriam sibi uxorem haberet, scortationis scilicet uitandæ gratia. An non auditis impuræ uirgines coniugium uobis indici, ut ne fœdè polluamini, et in concupiscentijs uestris lasciuiatis? Quod hic unicuiq; iniungit Apostolus, an nõ in omni generis flamines quoq; cõpetet? Vnde neminẽ excipit Spūs sanctus: inde nefas arbitremini, o eccle-

si.

ſiæ magnates, quenq̄ mortalium eximere. Neq̄  
enim ſupra Scripturæ authoritatem elati eſtis.  
Nō uultis nos mulieribus inquinari: hoc ipſum  
etiã phibet Spūs ſcripturarū author. quare præ  
cipit, Vnuſquiſq; ſuam uxorem habeat. pulchra  
nimirū & caſta eſt fidelium generatio cum chari-  
tate. Non inquinatur, quicūq; mulieribus miſcē-  
tur: cōiugiū Chriſtianorū peccato caret. Si uxo-  
rem, inquit ille, duxeris, nō peccaſti. Qui uxore  
ducēdo nō peccat, quomodo peccare dicitur ei-  
dem cōgrediundo? De uirginibus idē pronūciat  
Apoſtolus: Si nupſerit, inquit, uirgo, nō pecca-  
uit. Honorabile etenim coniugiū, & thorus im-  
pollutus. Hinc facile liquet, unūquēq; ad caſti-  
tatē, ſed coniugalē uocari, adeoq; & urgeri, ne  
quibus ſcortādi piculis exponatur. Fidei ſiquidē  
puritas facit, ut nō ex libidine, ſed ex coniugali  
debito cum timore Domini cōgrediamur. Cuius  
rei exemplum ſcriptura nobis proponit in iunio  
re illo Tobia, & eius coniuge. Firmū itaq;  
ſtat Apoſtoli conſiliū, ut qui ſe nō cōtinet, matri-  
moniū cōtrahat, quiſquis is tandē fuerit. melius  
eſt enim nubere q̄ uri. Quid queſo agamia iſta  
eccleſiaſtica facit, niſi ut ppetuis ardoribus capti-  
uos nos detineat, potius quāam matrimonij cōtr-  
actum probet? Quæ porro hinc ſequantur libi-  
dines malæ, ſupra, ſcēditates, taceo grauiora,  
C iiij turpe



turpe sit uel dicere. Vereor ne monasteria nostra  
quæ conueniebat esse Christianorum scholas, tan-  
tum non in luparum domos, Augiæ stabula, et a-  
nimarum lanienam degenerent. Nam qui inter  
cenobitas pro sanctissimis haberi uolunt, neque  
aliter sese uenditant, quàm si apud ipsos solos sepul-  
ta iaceret pietas, ij, uide amâbo, quàm præpostere si-  
bi suæque castitati consulât. Deprædicant illi qui-  
dem nobis, ueluti pro magno sanctitatis et absti-  
nentie insigni, suam ichthyophagian, cui nomen  
dedisse uolunt, ne in incontinentie Charybdim  
incidant. Sed non uident stulti naucleri hinc Scyl-  
lam sibi imminere, periculum longe præsentius,  
quàm in creophagia nostra sint experturi. Vbi enim  
ij boni uiri gulam suam ad summum expleuere,  
exquisitissimis piscium epulis, quos ex maris na-  
tura spumeos esse nemo nescit, uini calidioris se-  
xtarium de more et ex præscripto legis conui-  
ualis superinfundunt. Recogitate hic in animis  
uestris, quàm hic ferueat, deinde ebulliat etiam geni-  
talis illa uis, quæ id genus incitabilis accensa,  
mirum si non per aphrodithen uires sumat, ut si  
oleum flammis adijcias. Quis tum tam feruidi  
conflictus sit exitus, quàm mihi non libeat cõmemo-  
rare, tam etiam honestæ aures refugiant audire.  
Neque enim consilium est tam spurcam sentinam  
commouere, ne quid illa purgatis nostris naribus  
oppedat.



oppedat. Hinc est quod perhibet Apostolus, Neq;  
adulteros, neq; scortatores, neque molles regni  
cœlestis hereditatem consequuturos. Isti scorta  
tionis patroni aut pro fabula habent, aut pro lu  
do quodam ducunt psychotyrannidem suam in  
miseros sacrificulos, et Nōnas exercere, ut quos  
præsentiſſimis lasciuie & spurcæ libidinis peri  
culis exponant. Paulus studiosè clamat fugien  
dam scortationem. Isti uero ad scortationū in  
undationem uel conuiuent, uel certe facem ac  
cendant: testes sunt iactæ passim illorum uoces,  
Si non caste, saltem caute. Quasi uero tam obcœ  
catus sit Deus, ac stupidus, qui, quæ hypocrite  
isti in ædium suarum penetralibus, imo tacitis  
animi recessibus designant, non uideat, non ad  
uertat, non iudicet. Quid? quod duorum triūue  
scortillorum abusum publice potius inuulgari  
permittunt in totius ecclesiæ scandalon, q̄ ut pa  
tiātur suam quenq; habere uxorculam? Quid?  
q̄ omnia Romæ uenalia sunt? alienus thorus, in  
cestuose nuptiæ, furta, periuria, poligamiæ: con  
iugij uero aduendi facultatem nulli suorum my  
starum concedit Papa: ut qui sacerdotem malit  
uel decem meretriculas domi alere, q̄ uni muli  
ercule in Domino legitimè adherere. Nihil o  
pus est hæc aliunde petitis exemplis uera doce  
re: domestica hæc iniuria, noua hæc uiri optimi

captiuitas nimis ueram nostram arguit elegiam.  
Quid enim causæ est cur uinciatur Vuordenas  
noster? quid nisi quia uxorem sibi duxit, & con-  
iugij sacri religionem aduersus impias Papæ tra-  
ditones de cœlibatu uindicauit? Num hæc res di-  
gna est cur tanta turbæ fiant, cur tam odiosè in  
bonum uirum clametur, quasi capitale admisis-  
set? Videas enim hic leones frendere, lupos fre-  
mere, ut hominem uerè pium propterea uel den-  
tibus atterât: uideas sanguinarios istos uiros im-  
patientissime sitire innocui hominis sanguinem,  
in hoc sursum ac deorsum cursitari, prehendi de-  
xtras, concilia indici, affatim consultari, comi-  
tia prolixè haberi. Interim non desunt inter hos  
præposterè ecclesiasticos uiros, qui ut hominis  
miseri calamitatem miserari uideântur, & ut ab  
incepto ad impiam palinodiã eum reuocet, Cro-  
codili lachrymas fundant. An ad hæc tam speci-  
osa, si dijs placet, Christiane pietatis exempla  
non rideat sathan, nõ in sinu gaudeat salutis no-  
stræ ex professo hostis, et omnis immüdicie ama-  
tor maximus? Cauete flamines, cauate Vestales  
ne id iugum trahatis cum infidelibus: cauate ne  
sortem uestram cum adultera ista gente ponatis.  
Hi enim sunt bruta illa animantia, natura ge-  
nita ad capturam & ad perniciem, in his que  
non intelligunt maledicentes: pro uoluptate du-  
centes

entes, si in diē delicijs fruantur, labes ac macule, qui conuiuantes in erroribus suis insultant uobis, oculos habentes plenos adulterij: quare et in perditione sua peribunt, mercedem reportantes iniustitię. Id enim fore ominatur diuus Petrus. Fugite itaque Babylonem hanc & separa mini ab ea, quotquot coniugalis castitatis amatores estis.

Quod si proceres nostri ecclesiastici urgebunt decreta Patrum purpuratorum, uos contra urgetote ex dicto Christi: Deum frustra coli doctriinis & mandatis hominum: & Oportere Deo magis obedire q̄ hominibus. Iudicium Apostoli audiuiſtis, Melius esse matrimonium contrahere q̄ uri. Quare ut nuptię non sint præceptę, sed relinquatur libera, ijs tamē qui urūtur, præceptę sunt. Vruntur autem qui carnis flammas citra immunditias uincere non possunt. Hic quid præstetis continentię simulatores, ipsi iudices sitis: & ut libidinis æstum refrigeretis, neq; amplius ut Antichristi mancipia in passionibus desiderij torqueamini, ad concessas uobis à Deo nuptias conuolate. Dixert aliquis hoc loco, me, quia coniugiū in omnes urgeo, cū Apostolo pugnare, qui consilium se, nō præceptū habere de uirginibus ingenuē testatur. Fateor consulerē quidē Apostolum cœlibatum, sed sic tamē ut  
nemini

nemini suo quidem consilio laqueum uelit inie-  
ctum. Inijceret autem laqueū, si quibus author  
esset, ut suo tantum consilio freti, renitente quibus  
conscientia, agamiam amplecterentur, tanquam nu-  
ptijs per omnia potiozem. Quod itaque suum con-  
siliū de cœlibatu amplectēdo bonū uocat, pro-  
pter presentem necessitatem, non sic est accipien-  
dum, quasi hinc meliores sint agami quam coniuga-  
ti, & detrimentum accipiant salutis, qui coniu-  
gij capistro sese inuoluunt: sed quæ coniugij mole-  
stie & cruces ueluti remora quædam sint expe-  
ditioris fugæ, quæ Euangelij professoribus tunc  
imminebat ex maluolorum persecutione, qui  
Christi annunciationem non ita ferebant, multo  
minus probabant. Hæc illa fugiendi & liberè an-  
nunciandi uerbi necessitas fuit, cuius gratia apo-  
stolus malit eos qui non uerentur cœlibes ma-  
nere, quam matrimonio iungi. Qui uerentur, ijs porro  
precipitur ex mandato Domini, ut unusquisque  
suam uxorem habeat. Iam, & Pauli nobis con-  
siliū legi diuinæ adæquans, coniugium eleua-  
et cœlibatum in tam uarie affectorum hominum  
capita urge, cum tam studiose ac diserte cœliba-  
tum nobis non commendat Apostolus, quam magna-  
tes ecclesiæ illud efferre contendunt. Nec audi-  
mus hic Stridonensem Episcopum immodicū uir-  
ginitatis encomiasten, quippe quem in Rethorū  
gymnasio



Gymnasijs & auditorijs, nō in Theologorū scho-  
lis uersari cognouimus, dum pro decoro susce-  
pti sui thematis, nuptias, Epicureas delicias de-  
clamando uocat. Nihil mirum est tam absurdū,  
tam paradoxon, quod nō probabile fiat, oratio-  
ne presertim à tali oratore ex professo dicta.

At qui, si scripturæ sequamur regulam, fatca-  
mur oportet, mulierem bonam Dei creaturam,  
uiris ipsis adiutorio destinatam. Neq; enim cum  
Comico illo Demea homine ethnico, miserum  
interpretamur hominem, qui coniugali ductus  
studio, si qd aduersi incidat, fortiter serat: quan-  
do uia crucis credentibus per Christum conse-  
crata sit. Quin potius q̄ spiritu Dei imbuti sunt,  
h̄ fideliter coniugium amplectuntur pro commo-  
dissima exercendæ tum fidei tum charitatis offi-  
cina, à qua cœlibes nostri sacerdotes, Pontificū  
decreto excluduntur. An non splendidam pari-  
ter & obuiā habet declarandæ fidei suæ in Deū  
occasionem maritus, dum annona chara est, dum  
ægrotant liberi, moritur uxor, erumnosi sunt  
necessarij, friget quæstus? An non qui maritus  
est, ansam habet pronissimam exhibendæ proxi-  
mo, uxori, ac liberis, & toti deniq; familiæ cha-  
ritatis? dum id studet pater familias, ut suis bene  
sit, ut res œconomica bene cōstituatur, ut ad pie-  
tatem erudiantur necessarij & familiares?

Quia



Quid autem Pontifex legislator? an non ab ijs  
tam sanctis studijs ramos suos excludit, dum eos  
iubet latis legibus in ocio securos uiuere, de alio  
rum laboribus saginari, aliorum familijs semet  
ingerere? Videmus enim quantopere fugiant cō  
iugalem afflictionē sacri ordinis mystæ, quàmq;  
Açotos luxu, Sybaritas ocio, Sardanapalos mol  
licie superent: qui si ad Oeconomian uti fideles  
coniuges uocaretur, ut certe eos huc uocat Apo  
stolus, non defluerent usq; adeo lasciuia, nō tam  
essent gynecophili, sed huc incumberent cū pijs  
omnibus maritis, ut domui suæ q̄ optimè præes  
sent, q̄ plurimis prodesent, & uel manuum ope  
ra sibi cōpararent, quod erogarent inedia labo  
rantibus.

Quum igitur Apostolus aperte fateatur se nul  
lum de uirginibus præceptum habere, ceterum  
consilium tantum dare, quod tamen ipsum nemi  
ni uelit pro lege obtrusum, qua confidentia au  
dent Romani Pontifices ex consilio præceptum  
facere? prolatis scilicet ultra præscriptum legi  
tionis suæ finibus? cum Christus noluerit aposto  
los excedere uerbi sui limites: iuxta illud. Docē  
tes eos seruare quæcūq; ego præcepi uobis. Cum  
itaq; nusq; mandet Dominus ut ministri uerbi à  
coniugio abstineant, temere faciunt, qui cœliba  
tui nostro apostolicam prætendunt authoritatē.  
Autho-

Authoritas Apostolorū, teste Paulo, in extracti  
onē data erat fidei, non in destructionē. Atqui  
Pontifices euertunt, imo extinguunt potius fidē,  
q̄ eam confirmant. Apostoli mittebantur ut agni  
inter lupos: hi uero in ecclesiā Dei decretis suis  
irruunt ceu lupi inter agnos, dum alligant nobis  
onera importabilia, quæ ne digito quidem moue  
re ipsi uolunt. Quam religiosē, q̄ modeste Apo  
stolus: Nō ausim, inquit, quicq̄ eorū loqui, quod  
per me nō effecit Christus. Atqui Pontifex Rom.  
legislator cum sit, peccata auget, transgressio  
nes multiplicat, & ex liberis planē seruos facit.  
quo fit, ut nihil minus q̄ per hunc ecclibatū Chri  
stiani effici credamus. Quī demoniorū doctri  
næ sunt, ab impostore spū in hypocrisi loquente  
mendacium propositæ, quæ uetant matrimonia  
contrahere et cibus uti, quos Deus creauit, ut cū  
gratiarū actione sumerentur à fidelibus. Tu ui  
deris Pontifex max. quonā spiritu phibeas con  
cessas à Christo nuptias, phibeas & cibos, quos  
Deus creauit ad sumendū cum gratiarū actione.  
Quin igitur hæc tam impia demoniorū dogma  
ta ad imum tartarum, unde profecta sunt, relega  
mus? Quod enim contendunt, Tacianos quosdā  
hoc loco à Paulo notari, id nihil est, quandoqui  
dem illi nō prohibebant, sed in totum dānabant  
cōcessas nuptias, ceu rem fœdā, quæ citra pecca  
tum stare neutiq̄ possent.

Cete-

Ceterum quoniam quæ hæcenus de nuptijs  
& statu coniugali ex scripturis adducta sunt,  
aduersarij negant de sacerdotibus & uotarijs  
istis accipienda esse, nodum eos in scyrpo quere  
re euidentissime docebimus. Etenim diuus Apo-  
stolus non uno loco tam Episcopos quàm sacerdotes  
ad coniugium uocat. Timotheo enim scribens,  
Oportet, inquit, Episcopum irreprehensibilem  
esse, unius uxoris maritum, qui domui suæ bene  
præsit, qui filios habeat subditos cum omni casti-  
tate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quo  
modo ecclesiam Dei diligenter administrabit?  
Hæc ille. His quidem uerbis non modo permittit  
Apostolus, sed tantum non necessarias facit nu-  
ptias Episcopo: qui tum demum irreprehensibi-  
lis erit, si unius uxoris sit maritus. Nam si poly-  
gamus sit, in lasciuia suspicionem facile inciderit  
is, quem conueniat ab omni specie mala abstinere  
re se. Quare obiter hic corrigens polygamiam  
legis, satis esse ducit, ut Episcopus unius uxori-  
culæ maritus sit, in qua furorem carnis coniugij  
iure extitillet: ne si ab uxoris congressu diutius,  
quàm par est, quàm ferat humana imbecillitas, absti-  
neat, tentetur à sathana. Interim tamen non im-  
probarim, si inculpato nominis uiri, qui non mi-  
nus ætate, quàm senili prudentia, rerum experientia,  
& nature deseruescentia presbyteri sint, eccle-  
siarum

fiarum gubernaculis admoueretur. Ex huiusmo-  
di enim ministris, imo Eunuchis Euāgelicis res-  
publica Christianorum plus ueri ac fidelis mini-  
sterij acciperet, fateor, q̄ ab uxorij istis & rei-  
œconomicae plus satis intentis sacerdotibus uer-  
biq; ministris: qui quo magis curant quæ uxoris  
sunt, rei q; familiaris studio tenentur, hoc minus  
curant quæ Domini sunt, minusq; tanguntur so-  
licitudine ecclesiarum. Verum enim uero quo-  
niam eiusmodi presbyterorum magna nobis est  
inopia, præstat ex ordine conjugatorum uite in-  
culpate uiros eligere in ecclesiæ ministros, q̄ ex  
ista ociosorum hominum turba, qui nihil aliud  
sunt q̄ merus numerus, fruges consumere nati.

Quoniam uero Apostolus Episcopos suo mu-  
nere dignos tum demum prædicat, si filios habe-  
ant cū omni castitate subditos, satis hinc perspi-  
cuum fit, sacerdotum filios ex casto thoro na-  
tos nihil minus q̄ infames esse, et iniuria pro spu-  
rijs haberi: imo in dotibus Pontificijs ponendum  
censet Apostolus, si casta prole scœundus parēs  
sit Episcopus. Quam sanè Pauli constitutionem  
nulla hominum authoritas, ne Papæ quidem, po-  
terit labefactare, quantumuis eam nunc uilē ha-  
beant, aut certe negligāt Suffragatores Episco-  
pi, qui has dotes uerè Episcopo dignas ne respi-  
ciunt quidem, dum profelytos suos suis illis sa-



eris initiatos uolunt: quippe qui huc tantum spe-  
ctant, ut prouisum sit uetri, ut rarus sit uertex,  
inunctus digitus, legitime natus, et ne cui data sit  
iugalis fides. Ceterum si sis aleator, si mœchus,  
decoctor, ebriosus, periurus, scortator & nugator  
maximus, non disquiritur: neque putatur ma-  
gni, quale testimonium quod auferat ab ijs qui fo-  
ris sunt: quod tamen Apostolus diligenter uult  
obseruari in deligendis ecclesie ministris, ut ne  
in opprobrium incidant calumniatoris. Sed ad in-  
stitutum reuertor: Si sacerdotale coniugium tam  
esset infame, & Christiana nostra professione  
uerbiq; ministerio indignum, non illud apostoli,  
& pijsimi quique uiri suo nobis exemplo commē-  
dassent. An non administratorios illos Dei spiritus  
legimus decoradis sanctorum coniugijs accessisse,  
Abrahamo, Manue, steriliq; ipsius coniugi, et To-  
bia iuniori? An non angelus Dei natalium D. Bap-  
tiste apud Zachariam patrem, eundemq; sacerdotem  
prænunciatus fuit? Quid quod Sacerdos ille ordinis  
Melchisedechici, in quo et nos sacerdotalis ge-  
neris sumus, Christus Dominus noster est matre  
uirgine quidem illa, sed uiro desponsata nasci uolu-  
it? Quid quod nuptias quoque suorum, non minus editis  
ibi miraculorum auspicijs, quam sua presentia cohone-  
stauit? Quid apostolos commemorat? quod pene omnes con-  
iuges fuerit, neque ab uxoribus, in apostolatu legi-  
tus



etur tēperasse: dicēte Apostolo, Nūquid nō potest  
statē habemus circūducendi sororē mulierculā,  
sicut & ceteri apostoli et fratres Domini, & Ce-  
phas? Accedit q̄ et apostolorū Acta disertē testa-  
tur, discipulos Domini una cū uxoribus ac libe-  
ris extra ciuitatē Tyrū comitatos fuisse Paulū  
& Barnabā Ptolemaidē p̄ficiscētes, unde cum  
soluisset illi Cesareā, diuertisse legūtur ad Phi-  
lippū Euāgelistā, qui in septē Diaconorū nume-  
ro erat, ut mēsis ministraret. Huic quidē septem  
fuisse filias Prophetico spiritu imbutas apertē  
memorat Lucas. An non iniuria igitur sacerdo-  
tum & Episcoporum filij nothis & spurij in re-  
gno Papæ habentur infamatiores? Quid item  
post apostolorum sæcula Hilarius ille primū no-  
minis apud orientales Episcopus? quid Hermes?  
quid Cyprius ille Spiridō? qd Tertullianus? (ec-  
quis omnes recenseat) an non omnes coniuges  
fuerē? Satis igitur causæ opinor esse, cur nobis  
hic sacerdotū cœlibatus improbetur: ut qui nō  
modo diuino instituto, sed etiā ueritati, iuris e-  
quitati, ipsi ratiōi, et sanctissimorū exēplis usq̄  
adeo repugnet. Neq̄ est interī q̄ annorū pre-  
scriptionē, contrariū usum, et hominū autori-  
tatē, siue ecclesiasticas cōstitutiones hic quisq̄  
objiciat, quādo aduersus uerbū ut nullū ius præ-  
scribitur, ita nulla prorsus constitutio humana  
pondus habet.

Palam est enim Deum frustra coli mandatis &  
doctrinis hominum. Tum præcipit quoq; Domi-  
nus, ut ne in uijs patrum nostrorū ingrediamur,  
aut iudicia eorum custodiamus: Quod ego, inq̄t  
uobis præcipio, hoc tantū facite Domino. Quin  
solus Christus nobis proponitur audiendus, uo-  
ce Patris cœlitus delapsa, Hic est filius meus  
mihi unicè charus, ipsum audite. Quis igitur ec-  
clesiæ ius fecit uel unius syllabæ super nos cõsti-  
tuendæ extra scripturas? Pudeat Christianas  
mentes pro articulis fidei recipere, quod literæ  
sacræ non comunicerunt, non statuerunt. Quis  
mihi humana negabit esse commenta, quæ scri-  
pturis non sunt prodita? Vt certè sacerdotibus  
nusquam in Scripturis est sacris nuptijs interdi-  
ctum. Paulus negat rerum ecclesiasticarum iudi-  
cium esse penes dominatores Episcopos, aut ec-  
clesiæ præsides, sed penes accumbentes. quare  
& nobis est earundem rerum iudicium. Alioqui  
si ex hominum decretis, atq; adeò à uiolèta con-  
suetudinis tyrānide pēderemus, quid esset Chri-  
stianismo incertius? Vbi tū fidei locus: qua per-  
suasi, quod credimus loquimur: nō quod per ma-  
iorem Maiores accepimus. Quod si ab annis, si à  
receptis legibus, à consensu populi, & Patrum  
decretis pendeat causa pietatis, non bono iure  
sublata est circūcisio, & legales ceremoniæ, &  
iure

iure cæsus est Stephanus, qui à templi religione  
populum auocauit. Vicerint eadem ratione Ma-  
hometicæ perfidiæ cultores, qui quod à Patri-  
bus accepère, mordicus tuètur. Sed ficulnea sunt  
id genus præsidia quæ ab humano die petita sūt:  
& proinde doctrinæ pietatis confirmandæ parū  
rectè prætenduntur, quando in causa religionis  
Vsupapioni non est locus.

Iam quod ad Conciliorum attinet rationem,  
ea certè cum inuicem sæpius pugnent, & uelut  
ex diametro opposita sint, etiam in hoc cœliba-  
tus decreto, de quo diu ac multum est labora-  
tum ab ecclesiæ primoribus, prius quàm ederetur, in  
mutuam feruntur cædem. Neque enim fieri posse  
arbitror, ut unus & idem Spiritus ueritatis con-  
traria dicat, et ex eodem ueluti ore calidum et  
frigidum efflet: ut quod modo ait, modo neget:  
quod nunc est ratum, mox irritum fiat. Quid  
actum sit, quid disceptatum & decretum in Ny-  
cena synodo, quæ inter celeberrimas habetur,  
super cœlibatu sacerdotū, notius est ex Paphnu-  
tij illius pijsissimi uiri exemplo, quàm ut hic opus sit  
commemorare. Quod uerò pleraque alia Veterū  
concilia æquiora fuerunt sacerdotum cōiugio,  
quàm posteriora ista, uel ex decretis Pontificijs per-  
spicue palam fit. Toletanum enim ibi cauit, ne  
sacerdotes coniuges suas mœchiæ cōmissæ reas

interficerent, sed potius in ædibus suis captiuas  
detinerent. Constantinopolitana Synodus noluit  
uoueri cœlibatum: adeoq; excōmunicandos sta-  
tuit sacerdotes, qui uxores suas repudiarēt, pro-  
pter susceptos, quos uocant, ordines. Quid, &  
hoc cœlibatus iugum constanter detrectarint  
Græci suscipere, quorum sacerdotes hodie ad-  
huc utuntur uxoribus? Memoriae proditum est  
ueterū annalibus, sub annū nimirū M. LXXII.  
Germanos sero & ægrè admodum hunc cœli-  
batum admisisse: & in Maguntinensi diocesi edi-  
cto Pontificio multum fuisse repugnātū. In sum-  
ma, qui nobis obuertunt Patrū Concilia pro sa-  
cerdotum cœlibatu, ijs contrā exitium intermi-  
nabimur his Prophetæ uerbis, Vt uobis filij de-  
fertores, ut faceretis concilium, & non ex me:  
& ordiremini telā, & nō per spiritū meū. Ete-  
nim in omni decreto ecclesiastico, qd' quēq; pec-  
cato obstringat, os Domini interrogādum est,  
ut Scripturæ ac ueritati cōsentanea sint, quæ  
hic statuere in edificatiōem ecclesiæ uisū fuerit.

Audiuistis quid de sacro Christianorū con-  
iugio sentiendum sit, qua authoritate, qua fide,  
à quibus inuectus sit in ecclesiā cœlibatus, & q̄  
nihil obstringat sacerdotes hoc Papæ decretū.  
nunc audite qua necessitate, quibus rationibus  
adductus Vuordenas noster, quam uxorem, quo  
quo-



modo sibi duxerit, ut innotescat omnibus iure-  
ne an iniuria uinctus sit. Hic enim bonus uir ue-  
ritate scripturæ, cui nihil posse præiudicare cre-  
didit, fretus: & perpensis secum periculis, in qui-  
bus ob continendi difficultatē, ut erat etate in-  
tegra, medius uersabatur, coniugē sibi in Domi-  
no adhibuit, non dote, neq; forma præcellētē, nō  
claris natalibus ortam, non etate lasciuā, neq;  
uestitu luxuriosam, sed annosiorē, sed tenuis for-  
tune fœminā, inculpatæ libidinis tamen: ut ne  
haberet sycophanta quispiam quod hic calūnia-  
ri posset. Quid hic peccatū est obsecro, aduersus  
uel fidē, uel charitatē? Charitati nullū hic qui-  
dem datum est scandalum, fidei nulla uis facta.  
Quid causæ est igitur q; tam seuerē in insontē  
animaduertatur? Memineritis iudices, qui de  
hac causa cognituri estis, gladij ius ne utiquam  
in hoc uobis datum esse, ut quoscunq; Romanus  
pontifex regni sui, suorumq; dogmatū hostēis  
pronūciat, et pro hæreticis habet, euestigiō pda-  
tis: Christū hic in suis mēbris persequimini. Excusa-  
satur alibi, q; manus dedit necessitati, & dāna-  
bitur hic noster, q; dū cœlibatū cape nō potuit,  
ad cōcessas omnib. nuptias necessitate reprimē-  
di ardoris coactus aduolauit? Paulū uidete ne  
simul cum hoc martyre nostro cōdemnetis, qui  
apertē prædicat, Melius esse nubere quàm uri.

D iij      Videte



Videte ne cum Phrygibus aliquando sero sapiatis, cum in honore uidebitis esse, cuius uitam insaniam modo interpretamini.

At qui orandus est Deus, inquit, ut det continentiam uirtutem, si continere nequeas: dixit enim, Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur uobis. Audio & fateor assiduam iusti hominis precationem multum ualere: sed qua promissione fretus credam me non frustra petiturum continentiam, cum in Christo Iesu non sit mas aut foemina, coniunx aut coelebs? Quicquid petieritis Patrem, inquit Christus, in nomine meo, credite, & fiet uobis. In nomine Christi quando non potes precari, ut continentiam uirtutem tibi donet, tum etiam credere nequis, quod tuas preces Deus sit exauditurus. In nomine Christi salutaria petuntur. At qui insuperabilis ille libidinis estus in foeminam, quem nulla ui sistere queas, satis superque arguit te ad coniugium uocari, ubi & saluus fias & sanctificeris. Qua fronte igitur ausit, qui ita affectus sit, sollicitare Deum precando, ut suum ipse decretum mutet, quod precantis scilicet uotis morem gerat? Orat quidem ille, sed non exorat, quia iniqua postulat. Veretur equidem, ne qui sic oret, sua sibi magis consilia placeant, & suas ipse uias malit ingredi, ac noua quadam impietate Deum sibi seruum facere studio

studio habeat, quod ut Diuinae uoluntati se mancipium faciat. Oras Deum continentiam, sed meminisse debes, siquidem ureris, non in coelibatu illam tibi repositam esse, sed in coniugio. Hinc si eam petieris, impetrabis, alioqui Deum tenta ueris, et ueluti absque pennis uolare praesumpseris. Mulieris enim ineundae affectum extra coniugium ne quicquam speras uotis et supplicationibus tuis extinctum iri. Inscitia quidem istaec sit, imo dementia potius, si temet coeno spurcorum affectuum altius et periculosius malis immergere, quam istam ustionis tuae paludem, ponticulo quodam a dextra tibi in hoc ipsum instructo transmittere. Ego uero tibi monitor sim, si me audias, quisquis es qui precibus continentiam tibi censeas accipiendam, ut ne coneris rapidum illud libidinum flumen natando traicere, cum natandis imperitus, et uel cymba uel poticulus sit ad manum, cui te possis tuto committere: nisi de capite tuo ames uenire in dubium. Nuptiae sane tibi pontis siue lincris uice sint, quod libidinum fluenta tuto transmittas. Quare fidei prorsus ignari sunt, et spiritualium rerum imperiti, qui suis conatibus, ieiunijs, cilicijs, stasis preculis, et monasteriorum repagulis castitatem sibi uindicare moliuntur. Ea quidem tanquam stramineus quidam agger mundanti huic lasciuiæ, ceu rapido

mini frustra opponitur . Nam ad hunc modū e-  
stus iste cōcupiscentiæ reprimi neutiq̄ potest q̄  
semper perstillet, & ceu superato contemptoq̄  
aggere magis ac magis aestuet. An non uides e-  
os qui calamitosam ducunt uitā , adeoq̄; inedia  
ringuntur, numerosiore ferè sobole grauari, q̄  
istos qui delicijs affluunt & ocio marcescunt?  
Viuunt siliquis & pane secundo, et quid non in-  
ediarū patiuntur? Tales cum sint, ut nullus Cœ-  
nobitarum rigor corporisq̄; extenuatio ad ho-  
rum uitā sit conferenda, nulli tamen minus q̄ hi  
a<sup>u</sup>arus intereunt. Nimirum facta paruis habi-  
tat & in tectis Venus, adeo uiolēta res est pro-  
creationis affectus : propterea q̄ omnis natura  
sue origini respondeat . Et nihil addubito, quin  
hic uinctus frater magnopere sibi insiterit, sibi  
imminuerit, uti carnē suam ad continentia edo-  
maret. Vixit enim, si quisquam alius, tum ab-  
stemius, tum laboris ac inediæ patientissimus.

Reliquum itaque & necessarium fuit, ut  
quando Deus optimus maximus naturam ho-  
minis in eo non mutarit, uel uxorem duceret,  
uel uisione atque hypocrisi disperiret, postq̄  
non sperauit precationibus suis inguinum ar-  
dorem extillatum iri. An non magis dispice-  
re oporteat adulteros & scortatores, quos iu-  
dicabit Dominus? Hec, inquit, pericula, hae  
causae

causa angustias oportebat praeuidisse ante inau-  
gurationem ordinum: nunc sera est poenitentia,  
nunc sera est querimonia. Non audietur nobis  
Epimetheus iste, cui consilium dolorque post rem  
ipsam sit. Quid autem, si ne tum quidem cum  
hunc adiret ordinem, **V**uordenas satis sibi fue-  
rat notus? Quid si per aetatem ne poterat qui-  
dem haec omnia praeuidere? Nusquam ne uenia debe-  
tur per incogitantiam lapsa, à iuuenili temerita-  
te, imo parentibus obsequendi studio, huc indu-  
cto, ut sacris nomen daret? Quid si concupiscen-  
tia malum id aetatis suas uires in ipso nondum  
exeruerat cum sacris initiaretur? quid si spe-  
rauit rem melius habituram per susceptos ordi-  
nes, qui in tanta passim habebantur religione,  
ut crederemus eorum uirtute nos statim in ange-  
los quosdam degeneraturos.

Nisi religio uetaret, quis non malit in coeli-  
batu genialiter uiuere, quam coniugij mole-  
stias deuorare, etiam cum capitis sui pericu-  
lo? Ut certe de uita in dubium uenit hic nouus  
maritus, qui quid peccarit non uideo, **Q**uod  
cum carnis furor in celibatu magis ac ma-  
gis ingrauesceret, huic uni culpae, uos enim cul-  
pae nomine sanctas nuptias habetis, succubuerit  
An non praestabat in medio errore recurrere, **S**  
ab



ab instituto male cursu planè discedere, quàm  
obstinatissimè errare & perire? Agnoscit mo-  
do insipientiã & temeritatē suam, repudiat stul-  
ta consilia quæ prius intenderat: Stulte enim &  
item temere uictoriã sibi pollicitus est, qui uim  
hostilem nõdum intellexerat, neq; expertus fue-  
rat. Quin gratulamini potius resipiscēti fratri,  
& e periculis maris in tutum portum enatanti?  
Coniugium amplexus tutam habet stationē sub  
illius præsidij ab incontinentiæ hostibus, qui ip-  
sum iuges impetebant. Rectissime ergo sibi hac  
parte consuluit, ut uos ipsum condemnētis ma-  
ximè, qui hominum constitutiunculas Diuinis  
legibus pares facitis, Zelo quodam religionis,  
sed non secundum scientiam.

Scio quid hic obiectēt aduersarij: Quòd Deo  
promisisti, inquit, ne moreris reddere: Et, Vo-  
uete Deo ac reddite. Rectè dictum: quod enim  
Deo promissum est, præstemus oportet. Sed ut nõ  
omnia uota dicuntur Deo, quæcunque nos qui-  
dem Deo nuncupamus, ita non omnia etiã Deus  
acceptat. Hoc etenim Deo reddendum est, quod  
ipsi fideliter nuncupatur: alioqui displicet Deo  
stulta & infidelis promissio. Præcepit Dominus  
in prophetis, Vt ne faceremus singuli quod no-  
bis rectum uideretur. Quare quicquid ex con-  
silio nostro temerario magis, quàm ex iudicio  
tum



tum fidei tum charitatis promittitur, non potest non execratio esse apud Deum. In superioribus ostendimus, coniugium conuenientissimam esse exercendam tum fidei tum charitatis officinam. Quum igitur in publico continentie uoto tam fidei quam charitati præiudicetur, soluendum est uotum. Quicquid enim non est ex fide, peccatum est: & in turpi uoto mutandum est decretum.

Quod ad citatum porro Scripturæ locum atinet, de ijs rebus ille accipiendus est, quæ secundum legis Mosaicæ edictum uouebantur: quales erant nuncupationes feriarum, sacrificiorum et uictimarum: non autem castitatis & cœlibatus. Stultè enim uouemus & temere, quod neque ipsi habemus in manu, neque alijs præstare queamus. Quum enim nemo sit dominus membrorum suorum, quod, queso, ius est nobis aut dominium in affectus animi, quos nobis minime datum est, pro arbitrij nostri libertate quouis inclinare? Quàm enim non potes affectum iræ, inuidiæ, doloris & metus pro tuo arbitratu ponere, tam etiam concupiscentijs imperare per te nullus potes: quin perpetuò senties cum Apostolo, quantumuis te in diuersum urgeas, legem membrorum rebellantem legi mentis tuæ: ut quod nolis malum hoc agas, quod uelles bonum, non facias. Proinde quis non uanum dicat continentie no-

stræ

fræ uotum, quod rem ipsam comitem neque  
habet neque dare potest. Deinde & hoc obser-  
uato, Quod si donum habeas à Deo ut non ura-  
ris, iam frustra uoues castitatem, utpote quam  
Dei dono iam obtento, non uoto tuo debeas ac-  
ceptam referre. Si autem ureris, & uoues tamē  
castitatem, hic sub nomine continentie non nisi  
scortationes, aut his etiam fœdiores immundi-  
cias uoues: quas etsi non in opus externum effe-  
ras, interno tamen affectu sepius sis admissurus.  
Quid q, sacerdotes nostri nō Deo ipsi, sed domi-  
no Papæ suum nuncupant cœlibatum, ut cuius  
tyrannidi magis q̄ diuino iussui pareant & ob-  
sequantur: siquidem de cœlibatu nulla lex lata  
est in scripturis. Quare hoc uotum, quia huma-  
nitus inuentum est, ut stultum ac temerarium, si-  
ne ullo conscientie scrupulo uotarijs nostris fas  
est soluere. In malis enim promissis rescinden-  
da est fides. Tum nemo potest quicq̄ facere ex  
se quod Deo acceptum sit, nisi id cœlitus ipsi da-  
tum fuerit. Quod autem cœlitus datū est, effica-  
citer datur. Quare si hoc castitatis donum in-  
uiolabile esset, tanquam authore Deo emissum,  
iam nos alios redderet, iam noua quadam meta-  
morphosi ex impuris castos faceret, quod cum  
non fiat, consequens est ad pharisaismum perti-  
nere uotorum id genus rationem, quam si pro-  
pius

pius intueamur, ac uere expēdamus, latius eam  
patere, q̄ isti arbitrantur, cōperiemus. Quicūq;  
enim Christianæ militiæ & professioni in auctori-  
tati sunt, Christo nomen dederunt, Christo uota  
sua fideliter nuncuparūt. Quare omnes uoti re-  
ligione tenemur, omnes Deo deuoti esse iube-  
mur. Iam non est quòd uotorum religionem ad  
uotarios istos tantum referamus. Uouimus ca-  
stitatem ad unum omnes, quicumque ex baptis-  
mi suscepti symbolo agnoscimus nosmet laud-  
cro regenerationis internæ lotos esse, adeoq; cū  
Deo animarum nostrarum sponso perpetuā ani-  
mi custodiam & cordis puritatem stipulatos.  
Hæc quidē puritas cœnobitica uirginitate præ-  
stantior, coniugij copula non amittitur: alioqui  
coniungeret nos Deus in immundiciam, non in  
honorem. Ad hæc uota nos uocat scriptura: hæc  
ut uouentur Deo, ita & præstanda sunt. Beatos  
siquidem p̄nunciat Christus eos, qui mūdo sunt  
corde, qui nō sunt scortati cum dijs alienis, quo-  
niam ipsi Deum uidebunt. De his dictum est, Vo-  
uete Deo & reddite, aliās enim honorū nostro-  
rum non eget Dominus.

De obedientia ac paupertate, ut hæc obiter  
atingamus, idem censendum erit. Obedire si-  
quidem non tantum Deo, sed & omni homini  
propter Deum ex charitate iubemur omnes,  
tum

tum paupertatis quoque uotum suscepimus, qui  
pluris Christum q̄ patrem ac matrem, q̄ charos  
liberos, q̄ res possessas ex professo habere debemus,  
qui q̄ hoc mundo utimur, tanq̄ nō ut amur,  
si modo sumus quod audimus, hoc est Christiani.  
An his uotis quisquam nostrum euasit superior,  
ut supererogationis, quæ uocāt, operibus apud  
nos locum esse conueniat? Quid porrò uult  
nos facere Dominus? nisi ut præstemus quæ gra-  
uiora sunt legis, iustitiam, iudicium & fidem?  
Iudicium facimus, cum caro peccati à nobis in  
regno spiritus cōstitutis iudicata dānatur, ma-  
ctatur, crucifigitur: ut ne inimicitias gerat ad-  
uersus Deum. Quicunq; etenim unq̄ placuerunt  
Deo, carnem ij suam crucifixerunt cum uitij et  
affectibus suis. Atqui uotarij nostri hypocritæ,  
sepulchra quædam dealbata cum sint, hanc car-  
nis mortificationem nihil querentes, suam ipsi  
manum deosculantur: quæ est impietas maxima  
& obiurgatio Dei altissimi: ut est apud Prophe-  
tam, suum etenim uotum, & operum bonorum  
fucum attollunt, prædicant, uenerantur & tan-  
tum non adorant. Ceterum iustitiam facinus,  
dū uerè credimus Dominū Iesum iustitiā nobis  
à Deo Patre factum, ut nos nostraq; omni pla-  
nè gloriatione excludantur, & uni Deo accep-  
ta feramus, quæ uerè bona sunt: iustitiam, salu-  
tem



tem & sanctificationem. Fide porro credimus nos impetrasse, quod nullis uel uotis nostris uel operum nitelis nobis comparare queamus: hoc est nostri iustificationem, si modo hæc fides efficax sit per dilectionem, quæ & corda nostra purificet, etiamsi thorum conjugalem adamus, et resides animos ad charitatis opera uxori, liberis & necessarijs debita extimulet, adeoq; spontaneos et hilares datores in Domino faciat. quidam fide quicumq; præditi sunt, quiduis et faciunt in coniugali statu, & patiuntur citra omnem tædium, citra uultuosam tristitiem. Hanc, inquam, iustitiã, iudiciũ et fidẽ si uoueamus, si præstemus, tũ quidẽ ambulabimus uocatione digna Deo in operibus bonis, quæ nobis præparauit Deus, etiã in coniugio, ut in ipsis ambularemus.

Quod ad iuramentum attinet sacerdotale, parem id quidẽ habet cum uotis rationẽ. Quàm enim uotum temere nuncupatum Deo, non est ex fide, tam etiam hoc nõ obstringit iurantem. quippe qui sibi ipsi præscriptis uerbis eam legẽ imponere neq; potuit, neq; debuit, ut à coniugio sibi perpetuò temperaret, ut ante satis est indicatum. Quin, qui ex præscripto in sacrorum initiatione ad iurandum uocatus est, cum Ouidiano illo amatore bono iure, & ex ueritate dixerit, Non ego iurauit, legi iurantia uerba.



Quod si iuramenti formā propius inspicias, nihil minus q̄ cōiugij abiurationē illa habeat. Hec enim prescribitur initiandis iuramenti formula, quā ē chartula p̄posita legūt, Promitto me uicturū secundū sacros Canones pro posse et nosse, ita me Deus iuuet. Vide amabō, mi lector, q̄ non habeāt aduersarij, q̄ iusiurandū nobis opponāt. Nā ut donemus cœlibatū à Canonibus Pape nobis indictum, hinc tamē non cōsequitur, illū nobis indictū esse, nisi quatenus humana imbecillitas & ignorantia id ferat. Quare iure optimo indemnatu abierit hic noster uinctus, neq; p̄iurarij reus agi poterit, propterea q̄ Canonē illū Papisicū pro uirib. et sciētia studiosè obseruauit, dum necessitate coactus, & cōtinendi facultate destitutus uxorē duceret. Quod si omnes ij peccasse dicūtur, qui iuratos Pape Canones omnes non ita ad unguem obseruent, nesciā si non omnes p̄fidi inueniātur. Quotusquisq; est enim ex uestitum, rasuram, conuictum, familiares, habitum, mores & uitā ex Canonum prescripto per omnia instituat? Quod si maxime iuratus sit cœlibatus, hoc tamen sacramentū liberè & sine ullo conscientie scrupulo uiolandū est, p̄pterea q̄ prestari nō potest ab hoc uincto fratre ad cōiugium à Domino uocato, sine grauiore peccato:  
nisi

nisi nō grauius est malū ad scortatiōes diuertere, aut certè immundicijs pollui, quàm uxorem ducere. Lex rescindit uota, quæ inuito marito facit uxor, propterea quòd sui corporis potestatem illa non habeat, sed in comparis sui manus semet dederit. Cur non eodem iure hoc iuramentum rescindi permittis, quod in eam rem incidit, quæ præstari minime queat? Dispensatur super iuramēto impuberum propter ætatis incogitantiam dicam an temeritatem. Quin idem sit in hac nostra causa, ubi qui cœlibatū iurauit, si tamē iurauit, agamie picula per eā ætatē nulla uidit? Quāto æquius sit Iudices, si ecclesiastici nostri proceres hunc captiuum nostrum, nulla grauiore pœna aut probro affectum, sacerdotali immunitate ac sacerdotijs exuerent, atque in ordinē laicorū redire iubeant: & non in corpus ipsius uel consciam latius crasentur. Hoc enim supplicium olim satis fuit Patribus nostris ecclesiasticis. Quid commemorē Gregorij noni placitum, qui noluit pactum rei turpis aut impossibilis ullā firmitatem habere? An non turpe est simul & impossibile, ut qui uritur, continentiam sibi indicat, quam in sua non habet manu? Excusatur imo laudatur princeps, qui leges suas ad æquum & bonum inclinat, & iuxta æquitatem interpretari patitur: ne summum ius, sum-

ma malicia fiat. Quid hic tam rigidi exactores, tam inexorabiles Arcopagitæ sumus, qui cœlibatus decretum in omnium capita tam rigide adeo urgemus? Si hoc non sit dominari nostræ fidei, & sedere in loco sancto (quod filius peccati solet) non uideo quid sit nostræ fidei & conscientiæ dominari. Sed non est presentis instituti contra aduersarios nostros Satyricè agere, quin potius id admonitos uelim omnes bonos uiros, quicunq; huius causæ futuri iudices sint, ut ne patiantur ueritatem ipsam cum hoc martyre nostro opprimi: neq; committant, ut id nobis præripiat uis ecclesiastica, qd' Deus ipse humano generi indulsit, quod Euangelica ueritas omnibus liberum reliquit, concilia antiquissima permiserunt, & pijsimi quique uiri, Apostoli, martyres, Episcopi non pauci suis adeo exemplis confirmarunt. Id quod si per Christum & ueritatem Euangelicã, uestram fidem & pietatem obtestãtes, à uobis non impetrauerimus, quod proximum erit, Deum Opt. Max. enixè precabimur, ut Spiritus consolator suo charismate uincto huic fratri benignè adsit, ut neq; terreatur in ueritatis, quam suscepit, defensione ab ijs, qui corpusculũ hoc quidem perdere poterunt, sed posthac tyrãnis ipsorum non inuenerit quomodo grassetur amplius. Dixi.

IN TERTIAM HVIVS OPERIS  
partem, Guliel. Gnaphei Præfatio.



**E**N tibi candide lector congressus  
illos disputatorios damus, quos  
in signis ille Christi martyr Ioan  
nes Pistorius cum Sophistis Lo  
uanensibus, qui se pro hereticæ prauitatis in  
quisitoribus uenditarunt, sustinuit, non minore  
animo & fiducia, quàm eruditione & pietate. Vnde  
quiuis facile didicerit, quàm nullis scripturis fultū  
nitatur Antichristi regnum, quàmquàm pro aris ue  
luti ac focis dimicent boni Theologi, ut regnum  
hoc suum tueantur. Sed ut lutea Panoplia arma  
ti miseri, infelices & imbelles Palestinae, non  
nisi iuncea hastas & plumbeos (quod aiunt)  
gladios ueritatis umbonibus obiectant, ita non  
possunt non turpissimè sese dare, & Theologi  
ca harena cum magno probro excedere. Exce  
dunt autem et causa cadunt, dum uictores et tri  
umphatores non instrennui uideri uolunt, hoc  
est, dum ad externa sua præsidia & arma con  
fugientes, gladium & ignes Christi martyribus  
inferre parant. Hinc adeò testatur Aurelius Au  
gustinus martyres ipsos non uiuēdo, sed morien  
do uictores suæ causæ euadere, non peccati tantū  
et aduersariorum, sed principis quoque tenebra  
E iij rum,



rum, qui agit in filios incredulos, et in triūpho  
ab ijs ducitur, qui pro nomine Iesu extrema su-  
bire non detrectent. Sic & Christo capiti nostro  
non nisi à morte uictoria stetit. Porrò autē hos  
cōgressus ea fide tibi legēdos offero, qua primū  
à dictātis ore eos excepi in carcere, ubi unā tū  
agebā, deinde et expoliui. Et quoniā sæpius con-  
gressi sunt cū hoc martyre theologistæ, multaq;  
nugacissimè repetiuerunt, uisum fuit summam  
omnium, quæ ibi tum dicta sunt, in tres disputat-  
iones siue colloquia digerere, ne legendi tædio  
quenquam onerarem. Videre autem licet in his  
colloquijs, ceu in speculo quodam, q̄ sui similes  
sint miseri Sophistæ, quàmq; infeliciter dimi-  
cent. Nam quos sese iactant, Inquisitores hæ-  
resim, doctores insipientium, duces errorū, ma-  
gistros ueritatis, id non sunt: nulli enim minus q̄  
isti indectos erudiunt, & nescios uiam ueritatis  
docent. id quod his disputationibus ex ipsorum  
actione, non nostro stomacho aut animo scriptis  
palam licebit uidere. Obseruet autem studiosus  
lector, quid quisq; dicat, ne quā fiat, ut si parū  
attētè legat, & obseruet, quid, cui, à quo res p̄-  
deatur, minorē fructum et utilitatem ex horum  
congressuum lectione accipiat. Habita est autē  
hæc prima ingessio, quā tamē aliæ quedā minus  
clare præceperūt, anno M. D. XXV. pridie  
Idus Iulias.

INQVI-



# INQVISI- TIO FIDEI A SO- PHISTIS LOVANIENSIB. HA-

bita cum Ioanne à Vuorden, super con-  
iugio Sacerdotali.

## INTERLOCVTORES.

Montanus. M. N. Nicolaus a Montibus Inquisitor.  
Rosmundus. M. N. Godscalcus Rosemud. assessor.  
Enchusianus. M. N. Ruardus Enchusianus assessor.  
Buchus. Bernardus Phrysius Decanus Hagien. & consul.  
Duennorthus Brunthus procurator fiscalis.  
Vuordenas. D. Ioannes a Vuorden, vincetus.

## MONTANVS.



TRVM uis mi Ioannes, Lati <sup>Inquisitio</sup>  
ne an uernacule loquamur? <sup>uernaculo lo</sup>  
Vuord. Vtrūlibet, nihil mo <sup>tine facta.</sup>  
ror. Mont. Quid ergo pri-  
mo loco interrogandum erit

Domini mei? Rosem. Accingamur ad causam  
ipsam. Enchus. Minimè, præstiterit enim sci-  
tari, si te competentē agnoscat iudicē. Mont.  
D. Ioannes num grauaberis mihi ad interroga-  
ta respondere? Vuord. Respōdebo ad ea quæ  
iuris sunt. Mont. Manu igitur pectori admo-  
ta, iurato ueritatem te nobis ad interroganda <sup>Iurandū ma-</sup>  
dicturum. Vuord. Equidē multa iurare gra- <sup>gistratus.</sup>

D. Iohāni Du  
neūortho &  
Abelo Col-  
steno.

Vero uultu  
hoc Ruardus

Literæ in  
Damasium  
quales Pau-  
lo, datæ in-  
quisitoribus.

uor, cæterum hoc bona fide recipio me respon-  
surū uobis p̄ fori hui⁹ iustitia. Mont. Quid?  
agnoscis ne hanc manum? Hæc est illa tua con-  
fessio, quam nuper coram Senatoribus Imperia-  
lis aulæ hic dedisti. Vuord. Fieri potest ut sit,  
cæterum nihil constitui uobis respondere, si mul-  
ta interrogetis, prius q̄ fidei meæ rationē in ge-  
nere uobis contestatus fuerō. eam à me benignè  
excipiatis uelim. Mont. Quid moramur tu-  
as protestationes? dic quod rogamus, num con-  
sentias huic tuæ confessioni? Vuord. Imò ne-  
quid quidem, nisi protestationem meam admiseri-  
tis. Mont. Atqui non patiemur te quidlibet  
protestari: dic quod rogamus. Vuord. Quid?  
adeo me cogitis, ut uestræ tātum libidini respo-  
dendo inseruiam? Quæ nam hæc est iniquitas?  
Duuen. Quod æquum est postulat, finite, pro-  
testetur quicquid libet. Vuord. Videmini nō  
nisi captatum uenire me. qui hic mos est? En-  
chus. Imò id studemus unicè, ut te ad sanio-  
rem mentem reuocemus. Quid ergo detrectas nobis  
respondere? Bucho. Ut rem intelligas mi lo-  
annes: Hic adest nobis Commissarius Imperialis  
ut tuæ causæ sit iudex. Mont. En cōmissionis  
meæ tabulas. Enchus. Legatur articulus qui  
summam habet mandati. Vuord. Facile cre-  
do ab Impatore huc missum esse. Enchus. Sa-  
tis

tis est, consentit in iudicem. Scribatur. Mont.  
 Quid igitur ad tuam hanc confessionem? Vuord.  
 Vbi fidei meae contestationem dederis, tum audie  
 tis quid responsurus sim. Duuen. Redde tan  
 dem protestationem tuam. Vuord. Ego Ionas a Vuor  
 den protestor coram uobis. Quid quaeso est, quod  
 tam ringitis, o praecleari? quid porro naso me su  
 spenditis? Siccine conueniebat illudere captiuo  
 pro causa sua dicturo? o Pharisaicum superci  
 lium. Bucho. D. Ioannes, Magistri nostri non  
 irident te: sed hoc solum renident, quod tibi uide  
 ris protestationem tuam pulchre instituisse. Sed  
 perge amabo. Vuord. Ego Ioannes Vuordenas  
 protestor coram uobis, quod non intendo quicquam  
 definire. Enchus. Ah, ah, he, bone definitor. Protestatio  
 Quis te definitorem patietur in re Theologi- tertio inter  
 ca? O presumptuosum hominem. Vuord. Si rupta.  
 sic libebit insultare mihi, uerbum non amplius  
 addam. Duuen. Prosequere quod instituisti.  
 Vuord. Ego Ioannes Vuordenas protestor co  
 ram uobis, quod non intendo quicquam definire, aut a se  
 uerater dicere, quod sacris literis non sit expres  
 sum. Enchus. Sistas hic paululum: Da mihi tua  
 Biblia. Quid? an solis ergo scripturis, non etiam  
 Patribus est adhibenda fides? Atqui Acta apo- Act. 15.  
 stolica id clare memorant, Paulum praecipisse  
 populo, ut custodiret praeccepta Apostolorum &

Seniorum. Vuord. Recte id quidem Aposto-  
lus. erant enim Scripturæ consentanea illa ip-  
sa Seniorum mandata. Rosem. Atqui sic in-  
quiunt Apostoli in eodem capite, Visum est Spi-  
ritui sancto, & nobis, ut temperetis à suffoca-  
to & sanguine. Vnde constat, Apostolos cum  
ipsorum successoribus aliquid præcepisse extra  
Scripturam: dicunt enim, Visum est Spiritui  
sancto & nobis. Quid dicis ad hanc uocem, Et  
nobis? Vuord. Absque Scripturarum autho-  
ritate nihil ibi tentatum est ab Apostolis. Vetue-

Gen. 9. rat enim Lex ne morticinum contingerent Iu-  
dei, neue sanguinem ederent, qui esset pro ani-  
ma mactatæ hostiæ. Tum conuentus ille Apo-  
stolicus reuincebat ex prophetarum oraculis, gen-  
tes porro ad Christianismum asciscendas esse.

Amos 9.

Quod cum ægre permitterent Iudæi, supercilio  
Legis turgidi, uisum erat Apostolis, dictatore  
Apostolorū Spiritu sancto, rationem aliquam comminisci,  
concilium qua tam diuersæ partes in unitatem fidei aggre-  
garentur. id quod fieri non potuit, nisi altera  
pars alteri mutuò concederet aliquid, idq; ex  
charitatis debito, quæ dispensat nonnunquam  
de legibus. Hinc factum est, ut cum Iudæi cir-  
cumcisionis rigorem & sibi & gentibus remit-  
terent: gentes contrà à suffocato & sanguine  
Legalia an-  
tiqua. ad tempus duntaxat abstinerent, utraque natio

Euan



Euangelicæ doctrinæ acquiesceret. Quod uero decretum hoc Apostolicum gentes perpetuo non obstrinxerit, neque parem cum præceptis Diuinis habeat auctoritatem, id inde constat, quod hodie planè sit abolitum. Quare nihil temere ab Apostolis est factitatum, neque legationis suæ septa hic transilierunt apud Mattheum ipsis præscripta. Mont. Aliud inuenias Matthæi xxij. q̄ quod tu dicis. Vuord. Ioan. Pistorii Biblia Inquisitorū manibus uoluntur.

Quid clarius his uerbis, quibus in mundum ablegantur Apostoli? Euntes, inquit Christus, in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, docentes ea seruare quæcunque ego præcepi uobis. Mont. Non hoc uolebam, sed xxij. caput excutito, ubi sic habet lectio, Super cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisei, quæ dicunt facite, secundum opera autem eorum nolite facere. Audin hoc? intellexitne? Quæ dicunt, inquit Christus, facite. Vuord. Itane uos nostri sæculi scribæ ac Pharisei estis, quorum dicta audiamus, facta improbemus? Videte ne in idem iudiciū Domini cum ipsis incidatis, qui malo uitæ exemplo puritatē doctrinæ Euangelicæ pphanatis. quanquam nō agnosco uos cathedram Mosi occupare: propterea Cathedram Mosi qui occupent. quod legem Domini Mosi datam non docetis. Proinde nec audiendi nobis estis. Omisiss enim

enim hominum traditionibus, uerbum Dei purè  
**Dent. 1.** tradendum est: iuxta illud, Quod ego præcipio  
 tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas nec  
 minuas. Enchus. Si uerum est quod tu conten-  
 dis, iam multum à uero aberrarunt Apostoli.  
**Vuord.** Quid ita quæso? Enchus. Quia bap-  
 tizandi formulam à Christo disertis uerbis præ-  
 scriptam, ausi mutilare, in nomine tantum Iesu  
**Act. 10.** baptizabant, ut habent Acta apostolica. Ro-  
 sem. Istæc res est D. Magister noster. Mont.  
 Quid hic habes quod respõdeas? Taces?. Vu-  
 ord. Siccine est uociferandum in me? Siccine  
 docendi insipientes, reuocãdi errantes? Omnes  
 uno ore, ceu lupi quidã in me ouiculã intonatis,  
 quasi me uoraturi sitis. An sic agendum? Ro-  
 sem. Bona uerba mi Ioannes: quicquid enim fa-  
 cimus, tui certè studio facimus, ut te à recta uia  
 deuium ab errore reuocemus. Vuord. Id exi-  
 tus declarauerit. Mont. Responde ad argu-  
 mentum D. M. nostri de uariata ab Apostolis ba-  
 ptizandi formula. Vuord. Baptizabant il-  
 li in nomine præsertim Iesu, ut qui parum notus  
 & nondum receptus erat Seruator unuãdi, ma-  
 gis atq; magis commendaretur. Quid porro est  
 De baptisimi formula baptizare in nomine Iesu, qui Deus erat pariter  
 et homo, nisi nomine, hoc est uirtute Patris,  
 filij & spiritus sancti tingere? Nisi non uerè di-  
 xit

xit Christus, Ego et Pater unū sumus? Et item, Io. 10.  
Philippe, qui uidet me, uidet et Patrem. Quid?  
an is statim mihi negat filij ac spiritus sancti per  
sonas, qui Deum Opt. Max. solo Patris nomine  
compellat? Tum Christus ipse perperam nos do  
cuit orare, qui suo nomine suppresso, precatio  
nem à Patris cōmendatiōe est auspicatus. Quòd  
ad tingendi formam à Christo institutam atti  
net, eam nobis non in hoc tam religiose propo  
suit, quasi piaculum sit à prescriptis uerbis uel  
paululum recessisse, quando de re per omnia cō  
ueniat. Siquidem regnum Dei non est in sermo  
ne, sed in uirtute. In nomine porrò Patris, filij, I. Cor. 4.  
& spiritus sancti nemo re uera baptizatur co  
ram Deo, nisi qui uirtute Dei, unctiōe spiritus  
delibutus & expiatus regeneratur secundum in  
ternum hominem. Apicibus, elementis, & præ  
scriptis uerbis nostri initiationem non tam debe  
mus, quā uirtuti regeneranti, & meliore spiritu  
imbuyente mentes nostras in hoc regenerationis  
lauacro. Quam quis mihi negabit Apostolos nō  
etiam in Patris ac spiritus sancti nomine tinxis  
se Christianos, quos Lucas commemorat in no  
mine quidem Iesu, sed non solo baptizatos fuis  
se? Bucho. Non opus est tam proluxa disputa  
tione, ceterum hoc modo rogant Domini in qui  
sitores, ut mentem eorum rectè accipias, num  
quid

Bucho resti  
tuit inclina  
tam sophis  
tarum acie.

quid credas, quod sacra scriptura non sit ex-  
pressū? Vuord. Nihil, ne iota quidē. Mont.  
Nefas igitur censes extra Scripturā quicq̄ cre-  
didisse? Vuord. Nō credo ullis scripturis præ-  
terq̄ sacris, tanq̄ ad salutarē doctrinā inde hau-  
riendam necessarijs. Bucho. Quare ergo di-  
xit Christus, Qui uos audit, me audit? Vuord.  
Recte hoc illis dictū est, qui ablegabātur in mes-  
sem Euangelicam: Euangelij nimirū præcones,  
ceu Christus ipse, sunt audiendi. De illis enim di-  
citur, Non uos estis qui loquimini, sed spūs Pa-  
tris mei qui loquitur in uobis. Quod si uos eodē  
exemplo mitteremini à Domino in ministerium  
propagādi Euangelij, uelut agni inter lupos, ni-  
hil grauauremur uos quoq; audire, imo uos pro  
angelis Dei simus habituri. Porrò autē quoniam  
Cæsaris & Pontificis Rom. diplomatis muniti  
huc uenistis, non ad seruandum, sed perdendum  
nos, hominū nobis, non Christi Iesu, legati estis:  
quare & minime nobis estis audiendi. Siquidem  
ad uos nihil quicq̄ pertinet, quod dictū est Apo-  
stolis, Qui uos audit, me audit. Mont. Lin-  
guæ tu quidē es satis petulantis. Rosem. An  
credis igitur omnibus sacre scripturæ libris?  
Vuord. Omnibus, sed Spiritu authore in Cano-  
nem receptis. Mont. Quoniam indicio tibi con-  
stat, quinam libri recepti, aut reiecti sint, nisi ec-  
clesiæ

Inquistorum  
eius legati.



ecclesie accedat suffragium. Vuord. Ecclesia  
non est supra scripturas, neq; scripturae ipse ab  
ecclesia auctoritatem accipiunt: sed cum mutuo  
sibi consonent, & spiritus fidei iubeat nos ipsis  
acquiescere, pronum est, ut de scripturis fidei- Veritas Scri-  
pturae.  
ter pronunciemus, etiam non expectata eccle- 2. Cor. 4.  
siae censura. Quare Apostolus, Et nos, inqt, qui  
nimirum eiusdem fidei spiritum hausimus, cre-  
dimus, propter quod & loquimur: quemadmo- Psal. 115.  
dum dixit ille, Credidi, propter quod & loquu-  
tus sum. Huic adeo fidei & Spiritui intus loque-  
ti Scripturarū fidem magis debemus q̄ ecclesie  
iudicio: in cuius manu nō est, ut quicq̄ nobis cre-  
dendū obtrudat, quod nō scripturis authore Spi-  
ritu dictatis firmetur. Enchus. Quid causae  
est aut, cur nō et sacris credas ecclesiae doctori-  
bus? Vuord. In doctorum scriptis falli pos-  
sum, in sacris minimè. Ecclesia porrò Christi Ecclesiae do-  
ctor quis.  
num habet ueritatis doctorem Spiritum illum  
caelestem, qui à Patre procedit: qui cum author 2. Pet. 1.  
sit scripturarum, quae non sunt priuatae inter-  
pretationis, teste D. Petro, non mirū si ad illarū  
fidem Christus nos remittat, dicens, Scrutamini  
Scripturas: ille sunt quae testimoniū perhibēt de  
me. Quid, q̄ Christus ipse nobis praecipitur au-  
diēdus, uoce caelitus ad nos delata, ipsū audite.  
Enchus. Non est tamen quòd doctorum uirorū  
monumenta

Sophistice.

monumenta asperneris tam illiberaliter. Nam  
quæ Euāgelistæ silentio præterierunt, qui Chri-  
sti opera ad plenum completi non ita potuere,  
commissa sunt doctoribus & sanctis Patribus,  
ut posteritati transmitterentur. Quare Ioānes  
10. 20. Euangelista: Sunt & alia, inquit, quæ fecit Ie-  
sus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum ar-  
bitror mundum capere posse. Rosem. Haud  
dubium est, quin illa quæ Euangelistæ non prodi-  
derunt memoriæ, posteris & sanctis Patrib. de-  
inde uelut p manus sint tradita. Vuord. Bel-  
la quidem ratio, sed q̄ truncatè Scripturas cite-  
tis uel inde liquet, q̄ dissimulanter habetis quæ  
addit Ioannes: Hæc autem, inquit ille, scripta  
sunt, ut credatis quia Iesus est Christus filius  
Dei, & ut credentes uitam habeatis per nomen  
ipsius. An non hinc perspicuum fit, scripta esse  
omnia quæcunque nostra referat scire, ut nihil  
opus sit aliorum prætere a hominum scriptis aut  
decretis? Ad unum Paracletum ueritatis magi-  
strum nos remittit Christus ut ab illo ducamur in  
omnem ueritatem. Enchus. Næ tu homo con-  
fidens es, qui pro cōperto habere te iactes, quæ  
nā scripta sint authore Spiritu? Mont. Num  
tu mentem Spiritus sancti tenes? Rosem. Bo-  
ne Deus, q̄ temerarij sunt isti homines, qui pu-  
tāt se habere Sp̄m sanctum? Vuord. Quid  
tam

tam queso in me fremditis? quid mihi tam hosti- **Blasphemas**  
liter insultatis? Enchus. Tunc Spiritum san- **uit.**  
ctū habes, incepte? Vuord. Qui non habet spi- **Rom. s.**  
ritum Christi, hic nō est eius. Brunth. Quod **Restituitur**  
pace fiat uestra domini mei, interrogabo & i- **turbata so-**  
pse aliquid. D. Ioannes, unde te nosti sacerdotē **phistarum**  
esse, et unde credis tibi patrem esse, quem patrē **copie.**  
salutas? quis harum rerum te fecit certio- **Acuta quæ-**  
rem? **stio.**  
Vuord. Non te pudet tam stultæ pariter atque  
absurdæ questionis, digna est profectō ob quam  
meritō uapulent pueri. Per multū interest ō præ  
clare, siue quid credas scripturæ sacræ, cui indu-  
bitato fidem habent omnes pij, idq; ex Spiritu si-  
dei, quem accepere, siue alijs rebus quid credas  
extra scripturas. fides in Deum & ipsius uer-  
bum iuxta necessaria atq; salutaris est. Cætera- **Credulitas.**  
rum uerò rerum credulitas, aut concepta opi-  
nio, neq; necessaria est, neq; salutaris: sed libe-  
ra relinquitur suo cuiusq; iudicio, citra iacturā  
pietatis. Mont. Quid? credis ne te sacerdo-  
tē esse? Vuord. Quid ni? Mont. Quis tibi  
accepti sacerdotij fidē fecit? qs te sacerdotē cō-  
stituit? Vuord. Episcopus suffragator. Mōt.  
credis ne illum ordinandi potestatem habere?  
Vuord. Etiam. Mont. Atqui istuc nusq; ha-  
bet scriptura sacræ. Credis ergo quiddam quod  
extra scripturas asseritur: quippe episcopi tui

ad ordinandū auctoritatē. Vuord. Quid hee  
mea opiniosa credulitas ad fidem iustifican-  
tem? Quid porro bonæ rei à tali episcopo acce-  
perim, nisi q̄ sacerdos saluter, non uideo. cum à  
Symoniaco Episcopo et ipse Symoniacè in sacer-  
dotum collegium cooptatus sim. Enchus. Quo  
modo igitur secundum uestrum Euangelion Ep-  
iscopus debeat creari, aut sacerdos ordinari?

**In Christo om-  
nes sumus  
sacerdotes.** Vuord. Non creamur, sed spiritu et aquare  
nascimur sacerdotes, qui spirituales hostias of-  
ferre Domino iubemur. Alios nescit ecclesia illa  
Dei, Christi sponsa sacerdotes. Porro autē uer-  
bi interim ministri et ecclesiarū inspectores, ex  
ecclesiæ suffragijs, aut eliguntur, aut uocantur  
à Domino. Enchus. Dij immortales, quid di-  
ci potest absurdius, q̄ omnes Christianos esse sa-  
cerdotes? Rosem. Quid? licet ne mulierib.  
etiam rem sacrā facere, prædicare populo uer-  
bum Dei, et baptizare? Mont. Mosaica lex

**Judaismum  
ingerit.** non habet nisi Leuitici generis sacerdotes.  
Enchus. Si omnes sint sacerdotes, iam tumul-  
tuabitur orbis Christianus, & nullus ordo in ec-  
clesia seruabitur: contra Apostolum, qui dicit,  
Omnia decenter & secundum ordinem fiant.  
Vuord. Quid ita quæso, omnes simul intona-  
tis? loquatur unus omnium nomine, ut sciam  
quid cui respondeam. Mont. Contendis im-  
primis



primis omnes Christianos esse sacerdotes. Vu-  
ord. Sunt, sic dicente domino, Mea est omnis  
terra, & uos eritis mihi in regnum sacerdotu- Exo. 19.  
le, & gens sancta. Hic solos Leuitas non appel-  
lat Dominus, sed uniuersum Israel: quā si Chri- Rom. 9.  
stum spectes, sumus & nos ex non dilectis dile-  
cti. Idem tribuens Petrus Iudæis in dispersione  
cōgregatis. Vos estis, inquit, genus electum, re 1. Pet. 2.  
gale sacerdotium, gens sancta, populus acquisi-  
tæ salutis. Cum hæc ita habeant, nolim tamen  
omnes uerbi ministerium sibi usurpare. Nemo  
enim illis partibus dignus est, nisi qui uocetur à  
Deo, tanq̃ Aaron. Sacerdotes itaq; sumus om-  
nes, quatenus sacerdotij Christi participes su- Que Chri-  
stianorum  
hostiæ.  
mus, quatenus cū Christo hostiam Deo gratā,  
rationalem cultum nostrum Deo offerimus, &  
ex charitatis debito pro necessitatibus fratrum  
mutuò intercedimus. Enchir. Papæ, q̃ multi  
fariam errat hic homo? Rosem. Non te ho-  
rū pudet? Mont. Insanis planissimè, qui qui  
dem omnes Christianos p̃nuncies sacerdotes.  
Vuord. Equidem crassum uobis exemplum  
dabo: Quod ad rationē cōditi hominis attinet,  
an non ego iuxta atq; Imperator Carolus, ho-  
mo sum? Interim ipse saluatur Imperator ex  
electiōe, nō natiuitate, quæ mihi cū illo est coi-  
ego uerò loco obscuriore natus, priuatus dego.

**Mont.** Non est simile. **Enchus.** alia longe ratio est ordinis sacerdotalis, in quo nobis character imprimatur indelebilis. **Rosem.** Ipse nobis multas similitudines adducit. **Enchus.** Nunc patet, quod male sentias de sacramento Ordinis, quem cum magistro tuo Luthero impiè adeò reijcis. **Rosem.** Hoc est planè uerū. **Mōt.** Quid nunc faciundum restat? **Enchus.** Iube profestatur protestationem suam quam initio instituit. **Vuord.** Quid dicam nescio, cum me constanter adeò obturbētis. **Mont.** Dicis tamen, nos tacebimus, dū eā planè absolueris. **Vuord.** Ea lege hoc adeò faciam. Ego Ioannes à Vuorden aperte coram uobis protestor, quod non intendo quippiam definire, aut asseuerātius dicere, quod non sit expressum sacris literis, sic intellectis, ut Spiritus sanctus, qui eas dictauit, intelligi uoluit, pro quibus interpretandis, nihil est opus ut alijs uerbis utamur, quæ quibus ipsa prodita sit Scriptura. In cæteris autem credo quicquid credit sancta ecclesia catholica. Quare et male dico & execror oīa omniū hominū dogmata et hereses quæ uerbo Dei aduersantur. Habetis protestationem. **Mont.** Nunc luce clariùs cōstat, te etiam ecclesiæ doctoribus, & orthodoxis patribus non credere. **Vuord.** Dixi, si me ministris me omnibus illis scripturis credere & asseuerare.

aſſentiri, quæcunq; ſacris literis conſentiunt.  
 Mont. Bene eſt, quòd ſanctorum Patrum ſcri-  
 pta tibi adhuc ſint in precio. Enchuf. Cenfes Gallica Blam  
 igitur ſanctis Patribus auſcultandum eſſe? diloguentia.  
 Vuord. Melle litum gladium hic mihi ſtrin-  
 gere uidemini. Dicatur hoc mihi explicatius.  
 Bucho. D. Ioãnes, hoc interrogant te domi-  
 ni: ſi cenſeas obſeruandas eſſe eccleſiaſticas con-  
 ſtitutiones: ut pote ferias, ieiunia, uota monaſti-  
 ca & alia id genus Fatrum decreta. Vuord.  
 Quicquid extra ſcripturam canonicam præci-  
 pitur, haud quaquam poterit obſtringere con-  
 ſcientiam meam. Enchuf. Atqui ſcriptura ſa-  
 cra commendat nobis ieiunia, confeſſionem, ſab-  
 batifmum, Euchariftiam, & uotorum religio-  
 nem, quæ nobis in præcepta abière, authorita-  
 te Patrum & eccleſiæ. Vuord. Non una eſt  
 omnium eorum ratio, quæ uos uelut uno faſce  
 complectimini. Enchuf. Quid ieiuniũ, an nõ  
 præceptum eſt ut reddamur expeditiores diui-  
 nis miniſterijs: exemplo Moſi, qui ieiunauit xl. Exo. 34.  
 dies, dũ excipit uerba fœderis Domini? Vuor.  
 Vt ita ſit, quid hoc ad ieiunia iſta ueſtra, quæ ſta-  
 tis nobis diebus & præſcriptis cibus indicuntur  
 cum interminatione peccati mortalis? Ieiuniũ Ieiunium ſcri-  
 pturæ eſt temperantia & ſobrietas nunq̃ nõ  
 ſeruanda, ſic dicente Chriſto, Attendite ne cor-  
 Luca 220

da uestra grauentur erapula & ebrietate & cu-  
 ris huius seculi. Mont. Negas igitur ieiunā-  
 dum esse? Vuord. Haud quaquam potius id  
 uolo, ut ieiunij istius ecclesiastici religionem ex  
 Scriptura mihi autoritate probetis: quum Pau-  
 Gal. 4. lus obiurget Galatas, q̄ dies obseruarent, men-  
 ses, & tempora: & regnum Dei neget esse in ci-  
 bo & potu. Enchus. Ceterum hoc meminisse  
 debes, harum rerum dispensationem ecclesie  
 primoribus conceditam esse, qui quod decre-  
 uere, legis obtinet uigorem. Rosem. Domi-  
 Commodus ne Doctor, ista disputatio in longum procede-  
 diremptor ret, reuertamur ad institutum ecclesie. Mont.  
 litis. Quid? credis etiā quæcunq; credit ecclesia ca-  
 Insidiose. tholica? Vuord. Credo. Mont. Recte isthuc  
 est: si sic loquaris, tecum non pugnabimus ma-  
 gnopere. Enchus. Quid autem sentis de ec-  
 clesia Romana? Vuord. Idem. Mont. Nem-  
 pe seruandum esse, quicquid illa præceperit?  
 Vuord. Romana ecclesia non est imperiosa,  
 Piorum e eccle- neque legibus ullis nos onerat: sed obedit Euan-  
 siam intellis- gelio, cui & docet auscultandū esse. Enchus.  
 git apud Ro-  
 manos. Hoc saltem negare non potes, ceremonias ec-  
 clesiasticas prudenter institutas esse, ut ne tor-  
 pescerent in diuino cultu. Per ieiunia enim, di-  
 es feriatos, preces horarias, confessionem, &  
 pleraque alia resides hominum animi excitantur,



tur, præsertim hoc tempore nouissimo, in quo  
 refrixit charitas, aucta est iniquitas: ita, ut sti-  
 mulis & calcaribus legum opus habeamus.  
 Quod si antiquarentur hæc omnia, quæ tan-  
 dem futura sit ecclesiæ catholicæ facies? Vu-  
 ord. Deus bone, quàm stupide ratiocinami-  
 ni? An non legistis unquam quòd hilarem dato 2. Cor. 9.  
 rem diligit Deus? Quid igitur ui legis, metuue  
 pœnæ cogitis cessatores istos ad laborem nihil  
 profuturum? Seruus non manet in domo in æ- 10. 8.  
 ternum. Tum neutiquam paria sunt opera,  
 quæ ipsi ex nobis comminiscimur, & alijs ob-  
 trudimus, cum ijs, quæ nobis diuina lege præ-  
 scribuntur. Quod si Abraham omnium cre- Rom. 4.  
 dentium pater, ex operibus legis iustificatus,  
 non habet quod gloriatur apud Deum, multo-  
 minus iustitiarj isti uestri habent quod glori-  
 entur apud Deum ex permurmuratis præculis  
 horarijs, ex ieiunijs & frigidis suis cæremo-  
 nijs. Mont. Si non essent leges & sanctio-  
 nes quibus astringantur homines, quistum es- Lex bifaria  
 set reipublicæ status? quæ constitutio? Bu- accepta, theo-  
 cho. Si non esset furca & gladius, non aude- logice & cis-  
 rem equidem per uiam publicam ambulare. uiliter.  
 Ad eò inundarent latrocinia, furta, & depre-  
 dationes. Vuord. Fateor equidem uobis-  
 cum, rem ita habere: sed Cæsaris est, cui cessit

ius gladij à Domino, in fontes tueri ab iniuria, et  
fontes meritis plectere supplicijs. Ciuiles leges  
ad reipub. conseruationem necessarias nemo ne  
gat. Verum enim uero nos hic agimus de cere-  
monijs & sanctionibus ecclesiasticis, in quarum  
obseruatione, dixi, non esse q. quisq. gloriatur  
coram Deo. Mont. Non negamus bonos ex  
animo semper benefacere: malos autem non ni-  
si pœnæ metu & malo coactos à malo tempera-  
re manus. Vuord. Quæ ergo ista est iniqui-  
tas, ut bonos ac malos eisdem legibus constrin-  
gatis, cum scriptum sit, iusto non esse legem po-  
sitã, sed iniustis et incredulis? Enchus. Quid  
ita istuc? Vuord. Quia quicumq. non ieiuna-  
uerit, non feriatum sit, non abstinerit cibus ueti-  
tis ex instituto ecclesiæ, hũc ut trãsgressorẽ con-  
dẽnatis, hunc ad suppliciũ rapitis: quin pergitis  
in super tyrannidem uestram in animas nostras  
extendere. Vultis enim ut, siue uramur, siue nõ  
uramur, omnes cœlibes maneamus: cum ex fide  
& conscientia ad coniugium uocemur. An non  
hic summum ius, summa est iniuria? Enchus.  
Age, unum mihi responde, si non lege charitatis  
debeamus seruire alter alteri? Vuord. Plane.  
Enchus. cur non igitur boni accommodent se  
ex charitate illis legibus, ad tollendum omne of-  
fendiculum, quibus mali à malo coercentur?  
Vuord.

Vuord. Dum conscientie permaneant liberae,  
 & fidei nulla uis fiat: ut certe hic fit in præce-  
 pto sacerdotalis coelibatus, leue sit Christianis Quatenus  
 seruos fieri omnibus, ut omnes Christo lucrifa- seruiendam  
 ciant. Mont. Quid? auderes ergo, sacerdos charitati.  
 cum sis, cōtempo castitatis uoto maritus fieri?  
 Rossem. Ecce iam commodum ad causam ip-  
 sam conuertimur. Vuord. Quicquid Scriptu-  
 ra reliquit liberum indiscriminatim omnibus,  
 id non debemus ad pauciores contrahere. Non Sacerdotum  
 enim omnes capiunt hoc uerbum, de non ducen- coelibatus.  
 da uxore. Quare cū Apostolus iubeat, ut quisq;  
 suam uxorem habeat, cur non maritus fiat et sa-  
 cerdos? Mont. Duxisti ne uxorem, an non?  
 Vuord. Tunc ais duxisse me? Mont. Atqui  
 constans fama hoc de te iactitat. Vuord.  
 Nō moror quid fama ferat. Mont. Quid por-  
 rò negas quod in ore est omni populo, et uel mil-  
 le testibus, si sit opus, probari possit? Vuord.  
 Si quos coniugij mei testes habetis, eorum edan-  
 tur nomina. Mont. Imo ex sola fama, si testes  
 desiderētur maximè, secundum iura nostra Cano- O iura, o cas  
 nica condemnari poteris. quanquam tam locu- nones.  
 pletes huius rei testes sunt nobis, ut siue aias,  
 siue neges, illorum freti testimonijs, ignibus Ignes spirite  
 te quidem simus cōdemnaturi. Vuord. Si hoc & cædes ho  
 uobis decretum stat, quid opus habetis hac in- mines sans  
guinarij.  
 F y quisi-

**theologica  
lenitas.**

quisitione, quin me ad palum quod primum rapitis,  
ut libidinem uestram expleatis? siquidem san-  
guinarij estis, & ignes spiratis. Mont. Hoc  
ego prädico tibi, si perrexeris, ut coepisti, tergi-  
uersari, dura te quæstione aggrediemur, ut si  
nolis sponte, uel ui coactus coniugē te fateare.  
Vuor. Ita ne iudices, nullis cōuicti ū testib. quæ-  
stioni adhibebitis? An quisquē tenetur prodece  
seipsum? Iniquum est ut uos experiar tortores,  
qui mihi fidei inq̄sitores designati estis. Mon-  
ta. Primum parochus uester testatur te mari-  
tum esse: quo nomine & te ad aulā Mechlinien.  
detulit. deinde fama publica rem ipsam confir-  
mat. Quare satis habemus informationis, ut te  
quæstione exploremus. Vuor. Si sic habet uin-  
ctorū causa, p̄nū erit duobus aut trib. calūniā  
toribus falsos rumores de insentibus spargere:  
quibus si temerē habeatur fides, ilicet actū erit  
de nostra uita. Ceterū accersatur ecclesie no-  
stræ pastor, ut testificetur coram, si mihi ducta  
sit uxor. Mont. Scimus tibi uxorem esse du-  
ctam. Vuord. in quam ecclesia, & coram  
quibus, quando id factum accepistis? Mont.  
Non omnino uanum est aut falsum quod fama  
fert. Vuord. Ne uos iniqui in me iudices e-  
stis, qui ex sola fama bimestre tectum in carce-  
re me detinuistis. Si satis est uobis auritos ha-  
buisse



buisse testes, oculatū nullum, ite, damnate me,  
ut carceris huius tadio aliquādo soluar, & uos  
mibi amplius molesti esse desinatis. Monta.

Cūctatio ista tua certe tibi non profuerit, quin  
nostrum ius ad extremum usque aduersum te  
persequemur. Quare prestaret, & ē salute tua

Dolosa uul-  
pes Montan.

esset, ut rerum omnium clarā nobis confessio-  
nem ingenuē dares: ut si te supplicem nobis de-  
mitteres, culpam deprecatus, misericordie si-  
num tibi aperiamus. Vuord. Noui fraudu-

lentiā uestrā qua me captatum uenitis. Tem-  
pus nunc est uestrum paratum, corpusculū hoc  
quidem meum comburere poteritis, ceterum

Constantia  
martyris.

animam hanc cœlestis pater in sua manu per-  
petuō est seruaturus. Quā spe fretus, nihil time-  
bo à facie eorum qui mihi male uolunt. Bu-

cho. Noli, quæso, mi Ioannes animum tuum  
sic obfirmare aduersus dominos doctores: quin  
potius ueritatem fatearis, & bene habebit res

Vt blanditus  
crocodilus.

tua, crede mihi. Rosmund. Quid domino  
Commisario te tam difficilem reddis? Expe-  
dias te, quæso hoc negotio. Vuorden. Ut nunc

affectus sum, nihil dixero, nisi criminatores co-  
ram uideam. Ut si nihil probet actor, reus ab-  
soluatur. Montanus. Quoniam parum suc-  
cedit quod agimus, alia aggrediunda est uia.

Duuen. Tempus est ut soluamus confessum, me-  
ridies enim proxime appetit. Mont. Quid ca-  
ptiuus? Brunt. Reducatur in carcerem. En-  
chus. Non est consilium ut illuc reducatur, ubi  
G. Gnaphheus est, ne ipsi inter se congruant.  
Mont. Vinciatur potius tantisper in hoc con-  
clauī compedibus, dum à prandio huc reuertamur.  
Vuord. etiamsi non compedirer, non au-  
fugerem tamen. Mont. Tu fac tecum delibe-  
res, dum redeamus, quomodo nobis acquiescas,  
& hoc te carcere eximas. Brunt. Quin abi-  
mus? Enchus. Sed heus, uultis ne adhiberi cu-  
stodes, qui captiuum obseruent? Brunt. Pla-  
nè. Vos eum obseruatote diligenter.

PRIMI HVIVS  
congressus finis.

## CONGRESSVS AL- TER, CORAM IISDEM INQVI-

storibus habitus, pridie Idus Iulias à prandio. nam  
ijs tum sistebatur iterum Vuordenas no-  
stier compedibus uinctus.

**M**ONTAN. Quæ tibi nunc stat sententi-  
tia? quid animi est? Vuord. Equidè  
bono sum animo. Mont. Rectene tecum puta-  
stirationes omnes? Vuorden. Recte omnia.  
Mont. Quid ergo respondebis ne tandem pro-  
positè

posita tibi quaestioni super tuo coniugio? Vuord.  
Respondēbo, sed quibus dixi legibus, nempe ut  
accusatores mei producantur prius. Mont.  
Vin tibi uno uerbo dicam quod res est? Vuord.  
Licet. Mont. Nisi tu nobis disertè respōderis,  
ad Imperatorium Senatum à nobis relegaberis,  
ut ibi uel tormentis tenteris, uel ultimis afficia-  
re supplicijs. Agedum: accede propius ad me. *Affedit Montano propius ad leuans.*  
Quid respondes tandē? Vuord. Cum iudices  
sitis, demiror uos tam hostiliter in me miserum  
irruere. Mont. Cum te pertinacē adeo decla-  
res esse, non minore animi fiducia ausim te igni-  
bus adiudicare, quā miserarum sacra facio: tantum  
abest, ut hinc Dei indignationē mihi metuam.  
Vuord. Credo. Eo enim ingenio sunt Pharisei  
& Christianorum persecutores, ut credant se ob-  
sequium prestare Deo in nece nostra. Vos uide-  
ritis autem, si Christi hic imitatores sitis, qui ne-  
minem unquā coegit ad fidem. *Rosem. Nonne Obiectio di-  
scriptum est, compelle intrare? Vuord. Vocē gna Rosemū  
Domini mei Christi agnosco, non in suo loco ci-  
tatam. Cogit enim Deus, & cogi iubet, non car-  
ceribus, non ignibus & flagris, sed multiplici-  
ceribus, non ignibus & flagris, sed multiplici-  
tis beneficijs, sed efficaci uerbi diuini tractatu. *ci quomodo.*  
Sic cogendi sunt & inimici, ut nobiscum redeāt  
in gratiam, congeitis in ipsorum capita carbo-  
nibus. quæ quidem coactio, quæ est suavis & blan-  
da*

da, tam etiam efficax est. Utinam & uos, Apo-  
 stolorum exemplum imitati, multa hominum  
 milia ad Christi nuptias, bene uiuendo ac docen-  
 do cōpellatis. Enchus. Sed hæc lues tam est  
 fontica, ut nisi execetur, uelut cancer morbus  
 uicina queque loca inficiat. Quare præstat u-  
 nam morbidam pe cudem tempestiue tollere, q̄  
 ut sinamus uirus illud suum in totum ouile mit-  
 tere. Vuord. Christus ergo uobis prudentia  
 inferior fuit, qui uoluit ut sineremus *Zizania*  
 crescere in diem messis, ne cum *Zizanijs* cuel-  
 leremus & triticum. Et Apostolus Paulus, Hæ-  
 reticum, inquit, hominem post unam & alte-  
 ram admonitionem deuita. Mont. Rectè de  
 uita, scilicet tolle. Vuord. Quamuis ridi-  
 culè id uidearis nunc proponere, tamen non de-  
 fuère in uestro ordine, quibus id genus inter-  
 pretationes uisæ sunt admodum festiue & ap-  
 posite. Quod si hæreticus sum, qualem me non  
 agnosco, cur nõ corripitis me cum modestia, si  
 forte resipiscam à diaboli laqueis? Quin uos iu-  
 stius dixero hæreticos & Christi aduersarios,  
 qui, quoniam uestre factioni nõ assentimur, cō-  
 pedibus nos constringitis. Quo exemplo Chri-  
 sti didicistis mecū sic agendū esse? Mont. Non  
 mirū, si Christus tale exemplū nunq̄ edidit, res  
 enim illi angustior erat, q̄ ut iurisdictionem ob-  
 tine-

Hæretici quo  
 modo tractā  
 di.

Mat. 13.  
 Tit. 3.

Facete.

2. Tim. 2.



fineret. Vuord. Vah, quasi omne iudicium si-  
lio non sit datum, neq; potestatem habeat omnem  
in celo & in terra? Sed quid Petrus apostolus,  
cuius successorem statuitis Pontificem Roman.

Act. 5<sup>a</sup>

stupefacti  
tam forti ani-  
mo conticue-  
runt Inquisi-  
tores mutua  
se se aspiciunt  
166.

Mont. An Petrus non egit uiolentem cum Ana-  
niam et Zaphyram maledixit, dirisq; deuouit?

Vuord. Quando Petri authoritatem uestram le-  
gationi pretenditis, perdit me quoq; D. Petri  
uirtute, & orco tradite diris deuotum. Du-

wennor. Quid? ausin te tali imprecationis peri-  
culo committere? et eam deuotionem experiri.

Vuord. Quid nisi? Sic enim palam fieret, si spiri-  
ritus sanctus ratam habeat istorum, qui se Apo-  
stolos iactant, deuotionem. Sed non tentabunt  
hec arma sibi sumere in manus, qui ab Impe-  
ratore & mundi principibus alia arma mutua-  
runt, quibus iustos opprimant & conficiant. Mat. 19.

Christus, Si uis, inquit (neminem cogens) ad  
uitam ingredi, serua mandata. At uestra can-  
tio longe huic dissimilis mortem intentat no-  
bis, nisi in uos iurati simus. Christus noluit  
hic suos dominari, noluit suos rerum potiri, &  
alijs armis, quam spiritualibus pugnare, at qui  
Papa omnib. modis sese Antichristum quendam  
declarat, neque ullam uirtutem habet, quam  
diuo Petro Scriptura cum laude tribuit. En-  
chus. Quid opus nobis multa concionari?

An

Achilleū ar-  
gumentation.

An nō omnis potestas à domino Deo est? Vuor.  
Etiam. Mont. Ergo et nostra hæc potestas, quæ  
te ut hæreticum possumus condemnatum in ma-  
nus potestatis secularis tradere, à Deo est.

Vuord. Eadem ratione excusabitur & Isca-  
riotes ille, qui principibus Sacerdotum Christū  
tradidit. Excusabuntur & primores Iudæ orū,  
quibus religiosum erat Christū interficere: sed  
in manus Filati eum tradere ad condemnatio-  
nem leue erat. nam eodem iure illorum potestas  
à Deo fuit, quo uestram hanc potestatem à Deo  
esse contenditis. Videte autem ne bonæ istæ ra-  
tiones uos subuertant. Nam uti Christi & Apo-  
stolorum memoria in benedictionibus manebit,  
& natalem illorum celebrabit posteritas, ita ni-  
hil dubito, quin, si me ob ueritatis confessionem  
maxime perdatis, ego gloriosus, uos contra in-  
glorij perpetuò sitis mansuri. Enchus.

Crimen lesæ  
Maiestatis.

Hoc dicto as-  
gitabat com-  
pedes.

ne nos Iudæis, Scribis & Phariseis comparas,  
homo impudens? Rosem. An nos persecuto-  
res sumus? Vuord. Quid sitis, loquuntur istæ  
compedes, si maxime ego taceam. Interim ue-  
stram appello conscientiam, num quid minus fe-  
cistis in me, q̄ Iudæi ipsi Christi interfectores?  
Vestro ego iussu comprehensus in carcere tan-  
to tempore hæreo: & nunc hæreseos condemna-  
tum tradituros me potestati seculari intermina-  
mini.

mini. quam ob culpam, quaeso? Mont. Imperator te comprehendi iussit, nos in culpa non sumus. Si qua facta sit tibi iniuria, de hoc cum Imperatoria maiestate exposulato. Vuord Pulchre sane Imperatoris augustam dignitatē impietati uestrae prætexitis. Atqui ipse huius negocij odium in uestros humeros reiecit, tanquā quibus detulerit Theologicam cognitionem. In medio sunt literæ Commissionis, quas uocāt, modò exhibitæ. Quin igitur comperta nostra innocentia nos absoluitis: quandoquidem id peccatum uos stat? Mont. Penes nos? minime, Cæsaris enim uinctus es. Vuor. Ne erretis ô boni, Deus non irridetur, neque patitur sibi fucū à uobis fieri. Enchus. Vah propudium hominis, qui tam confidenter & dicaciter tanti nominis magistris ausis insultare. non es dignus quæ talibus uiri responsione dignentur. Vuord. Ego me doctorem insipientium, uti uos, aut magno-pere literatum non iactō. Rosem. Cum nō sis admodum doctus, non conuenit ut tam doctis uiris allatres. Mont. Tu es ualde pertinax hereticus: quare nihil uererer te ignibus adiudicare. Vuord. O utinam mihi detur pro Christi nomine mortē oppetere. Enchus. Eia mi frater, respisce, erras enim toto cælo. Nolim equidem tecum mori hoc statu, etiamsi totum mundum

Prætextus  
Inquisitorū.

Frendunt, la-  
bra mordent  
Rabini,

Note blandus fit protheus nosster

Mic ueluti ani  
mo fracti qui  
euerūt aliquā  
diū M. N.

dum lucrifaciam. Vuor. Nec ego sanē ue-  
lim uobiscum tali præditus animo, uel uiue-  
re uel mortem obire. Vos me opprimitis & agi-  
tatis, ego si maxime possim, nolim tamen uobis  
uel tantum incommodare. Mont. De his sa-  
tis est controuersum, redeamus ad diuerticulū,  
& caput nostræ inquisitionis. Dic uno uerbo, si  
fas sit sacerdotibus matrimonium contrahere,  
an non? Taces? Bucho. Quid detrectas, ob-  
secro, mentem tuam dominis aperire? Vuord.  
Quia nulli comparent accusatores, præter hos  
meos iudices. Mont. Satis ac super accusatus  
es, coniugium adijisse. Vuord. Accusatus, sed  
à quibus, quando & quomodo? Iudex enim cū  
sis, iniquum est, te actoris partes subire. Mont.  
Imo coniugium tuum, quod multis ipse confes-  
sus es, non habuisti clam, sed palam. Vuord.  
Quin ergo mea confessione & multorum testi-  
monio freti sententiam fertis? Mont. Id no-  
bis fuerit in p̄liui: hisce enim auribus audiui  
te contendentem, agamiam sacerdotum non es-  
se iuris diuini. Vuord. Agite, quando me tan-  
topere urgetis, finite in exttucto publicè am-  
phitheatro me pro causa dicere: ibi nisi me de-  
fendero, & sacerdotum agamiam probabiliter  
confutauero, ultimū suppliciū feram. Mont.  
Apagesis hoc consilium. Sancta enim Rom. ecc-  
cic-



ecclesia grauati admittit, ut cum hereticis disputemus. pertinaciores sunt enim, quam ut se uictos fateantur. Quare flammis potius, quam uerbis uincendi sunt, ne quod amplius dent malum.

Vuord. Quid? an non interest omnium quid super fidei nostrae articulis decernatur? ut totus adeo populus super eorum cognitione aduocetur? Enchus. Quis in eiusmodi congressu censuram sibi usurparet, & litigantes partes dirimeret? num cerdones & carucarij?

Vuord. Imo consensus astantis ecclesiae: penes quam solam est iudicium scripturarum & prophetiarum: non penes unum et alterum magistrum titulo reuerendum. Enchus. Infamis opinor. Indoctum enim uulgus cum iudicio careat, quidnam de re theologica bene iudicet? Vuord. Quae istec est tergiuersatio?

Quasi non ipsae scripturae suum ueritati dent suffragium: ut ab illiteratis aliquot nihil sit

periculi uniuersae ecclesiae. Quod si contemptum fuerit me parum syncere ac fideliter tractare scripturas sacras, nihil prohibebit, quin me bono iure ad rogum rapiant omnes, aut certe lapidibus obrutum pro meritis perdant.

Si autem uictor euasero, & causa me superiores iudicent populares, ipse pro uobis mediator ac intercessor existam, & uel medijs periculi

medium me iniiciam, potius q̄ patiar ut uel uno  
digitulo quisquam te contingat. Satis enim illic  
fuerit plausum dedisse prolate ueritati. Quanq̄  
non est quod metuatis uobis à furore populi, cui  
tam diplomatis, q̄ manu Cæsaris armati sitis.

Mont. Nos ne ad latum quidem pedem uolu-  
mus à ritu Rom. ecclesie discedere. Aequū est  
enim, ut populus simplex, crassus et indoctus do-  
ctiorum sententijs & ecclesiasticis censuris no-  
men det, potius q̄ ut doctores & ecclesie primo  
res de illorum nutu ac renutu pendeāt. Vuor  
Certe hac ratione ac uia inquisitionem uestram  
nunq̄ reddetis illustriorem, nec hæreses ullas ex-  
tirpaueritis. Nam clancularibus istis disputa-  
tionibus, quibus uirtutem ipsam opprimitis, &  
pauperem in abscondito deuoratis, populo neu-  
tiq̄ satisfaciatis: qui etiā cupit de ea causa cog-  
noscere, quæ ipsos iuxta attineat. nisi uerè itē  
audire ac de uobis prædicari leue est. Qui male  
agit, odit lucem. Mont. Laici ad disputatio-  
nem de fide non admittuntur, quia ad credendū  
faciles sunt, & noua libenter audiunt. Quare  
cum audiunt uos Christū habere in ore, et scri-  
pturas sacras inculcare, quas torquere solent  
heretici ad suū sensum, tū statim uobis fidē ha-  
berent, & periculū esset ne noua aliqua calami-  
tas aut seditio in repub. oriretur. Exemplo no-  
bis

Qui male agit,  
odit lucē

bis est pessimus ille heresiarcha Arrius, qui tot animas suo dulci ueneno prauorum dogmatum infectas perdidit: cum scripturas etiam pro se adduceret, sed deprauatè. Hunc si primo adeo partu ignibus perdidissent maiores nostri, non fuisset tanta calamitas postea exorta in ecclesia. Vuord. Iniqua planè est collatio Arriane perfidie ad nostram causam. Nos enim contenti proposuisse sententiam nostram, et eã confirmatam scripturis submisisse ecclesie uere catholice iudicio, neminem ut nobiscum sentiat, cogimus. Atqui Arrius, cuius uos exemplū strēnuè imitamini, inuocato brachio seculari, sic enim loquimini, mirum in modum desciuit in eos, qui in suam pedibus ire sententiam noluerunt. Vtri ergo Euangelio consentaneè magis faciunt, uosne, qui cum Arrio, ceu acres lupi, maestatis & laniatis miseras ouiculas: an nos, qui eam persequutionis sortem cum Apostolo, & electis omnib. patienter serimus? Enchus. Quod uos neminem cogitis, negata uobis potestas id faciendi in causa est. Vuord. Ecquã potestate à Deo uobis tradita nos ad supplicium rapitis? securi subijcitis? exuritis? maestatis? et perditis? Enchus. Nonne scriptum est, Omnis potestas à Domino Deo est? Et item, Omnis anima potestatibus eminentioribus subdita sit? Rom. 14. Pet. 2.

Autorē pro  
autore citāt  
Sophista.

Nonne & Paulus dicit, Obedite praepositis ue-  
stris, etiam discipulis? Vuord. Hoc postremū,  
ne erres ò præclare, non est Pauli, sed Petri. a-  
deone exercitati estis in primis scripturae locis,  
ut authorē pro autore citetis? Quod si Paulū  
quoque recte inspiceretis, non iudicaretis eum  
loqui de uestra hac quam iactatis, potestate.

Enchus. Num tu docebis nos quomodo intelli-  
gamus Paulum impudens? Equidem arbitror  
nos sepius legisse Paulū, q̄ tu theologaster par-  
uule. Vuord. Sed quid recitant in scholis pue-  
ri? Legere, inquit, & non intelligere, negli-  
gere est. Rosem. Omissis maledictis, quid ta-  
men dicis ad hoc, Omnis potestas à Deo est?

Vuord. Eum locum nihil ad uos pertinere. Hic  
enim non nisi Magistratui & potestati, quam  
uocatis, seculari, ius gladij tribuit, non uestri  
ordinis hominibus, Episcopis & sacerdotibus:

Episcoporum  
functio.

quorum ex professo interest, gladio Spiritus pie-  
gnare, quod est uerbū Dei. Iuxta illud Apost.  
Arma nostra non sunt carnalia, sed spiritualia.  
Quid? quòd omnis præminentie affectum &  
ambitionē uobis exemptū uoluit Christus, cū  
inquit, Non sic erit inter uos? Enchus. Nunc  
clarissimè uidemus te quidem Paulum non in-  
telligere, & non nisi obiter, tanquam aliud a-  
gentem, sacra legere. Omnis anima, inquit il-  
le,



le, potestatibus, pluratiue, non potestati subdita  
sit. Quo uerbo monemur, non minus spiritali,  
q̄ seculari potestati obedire, quam utraq; ec-  
clesiæ administrationi & reipub. constitutioni  
adhiberi uoluit Christus: iuxta illud, Ecce duo  
gladij hic. Vuord. Imo hinc clare uidetis, ni Lu. 22.  
si cæci estis, quàm iniqui sitis & oscitantes  
scripturæ sacre interpretes, quæ non nisi scri-  
pturis, non somnijs e cerebro uestro confictis,  
merito debeat explicari. Obedire quidem præ-  
cipimur omni humane creaturæ, secundum Pe-  
trum: aut potestatib. eminētioribus, iuxta Pau-  
lum: idq; propter Deum. Sed quibus potestati-  
bus parendū sit, si roges, id tibi idem D. Petrus  
explicat: Siue enim regi, inquit, tanq̄ præcullen-  
ti, siue Ducibus, tanq̄ à Deo missis, ad uindictā  
quidem malorum, laudem uero bonorū. Habe-  
tis potestates uestras pluratiuas, quibus ius gla-  
dij donatum est. cuius ego usum planè inuersum  
uideo. Nusq̄ enim plectuntur adulteri, ad infam-  
iā non rapiūtur scortatores, ebriosi pro lusu  
& risu habentur, alea laudi est, peierare impu-  
ne licet, pecuniæ itē studiū industriæ nomē abstu-  
lit. Deniq; leuè est etiā uobis uerbū Dei uestris  
glossematis et somnijs adulterasse. Verū enim-  
uero si exoriatur Esdras q̄ spiā, qui antiquatā  
Dei legem reuocet in lucem, qui Ecclesiasticos

Quibus, quæ  
renus obedi-  
endum.

uiros lasciuia & luxu diffuentes, temereq; a-  
gentes cogat in ordinem, hunc quidē ter & am-  
plius hereticū exclamatis. In hunc gladius iste  
non uobis, sed mundano magistratui datus, sta-  
tim stringitur. Siccine laudem auferunt à pote-  
state boni, supplicium uerò & timorem mali?  
Mont. Atqui scis? quo modo? Vuor. Quid?  
Mont. Quos tu hic, ut sunt, flagitiosos nomi-  
nas, culpam suam, si quando admonentur pecca-  
ti, agnoscunt. Quare æquum est, ut ipsis culpam  
deprecantibus uenia concedatur, neq; ita sta-  
tim gladius exeratur. Cæterum tu, cum uxore  
duxeris, non agnoscis tamen peccatum tuum,  
qui inconcessas nuptias adieris: quis tam præ-  
fractum hominem uenia dignetur? Vuor. V-  
trū quæso uos uel probabilius, uel tolerabilius  
censetis, ut sacerdos, cū uratur, nunc huic scor-  
to nunc illi identidem adherere at, an ut uxorcū-  
lam matrimonij fide sibi adiungat? uestram ob-  
testor conscientiam, ut ingenuè mihi & secun-  
dum scripturam respondeatis? Mont. Neu-  
trum probandum censemus. Vuor. Cum er-  
go uterq; uestro iudicio peccet, cur non utrūq;  
ob admissam culpā captiuū facitis? Vereor ne  
si id fiat, nō sit in carcere locus, qui omnes mo-  
chos et scortatores sacerdotes capiat. Enchus.  
Hunc ego tibi nodum soluero: Illi cum in pecca-  
tis

In archæo  
tus Montanus  
ms.

tis suis non gloriantur, sed peccatores se suppli Bellum suffi-  
ces agnoscant, piè certe ipsis commissa donan- gium theolo-  
tur. Vuord. Condonatis quidem, imo potius go dignum.  
conuiuetis ad illorum flagitiosam uitã, sed fru-  
stra & impiè: propterea q, ipsos admissi flagitij  
non uere pœnitent, atq; adeò in suas sordes iterũ  
atq; iterum relabuntur, quas mentita illa ac si-  
mulata confessione diluerunt. Rosem. Vide  
ne quid temere iudices: nam si quotidie labun-  
tur, quotidie & confitetur penitentes. Vuor.  
Præstaret nunquam confiteri, q̄ prætextu datæ  
confessionis licentius peccare. Verè confiteri, Vere confite-  
est ex animo odisse peccatum. Rosem. Atqui riquid.  
non confitentur tantum ò bone, sed etiam Deũ  
incessanter orant, ut remittat sibi debita sua.  
Vuord. Quin magis id operam dent, ut pœni-  
tentiam re uera præstent, emendatius uiuant,  
& ab omni simulatione sese alienissimos esse te-  
stentur? Mont. Non ne scriptum est, Septies in  
die cadit iustus? Vuord. Fateor: sed isti neq;  
iusti sunt, neq; unquam resurgunt. Hanc enim  
adulteram gentẽ, ut spurcas sues uidemus nusq̄  
à suo uolubro discedere. aut potant enim stre-  
nue, aut scortantur turpiter, aut ociose agunt.  
Et his scilicet tam speciosis nouatæ uitæ speci-  
minibus iustitiæ laudem deferemus? Mont.  
Fatemur omnes castigandos esse, si modo malũ

hoc non est incorrigibile. Nunc uerò, quoniam  
in plurimorum capita est diuulgatum, parcen-  
dum est, iuxta Canones, multitudini delinquen-  
ti. Vuord. Non est quòd multitudinem uestræ  
licentiæ & scelerum impunitati prætexatis.  
Quodenim gladius in adulteros non exeratur,  
Cur imptonis illud magis in causa crediderim, quòd qui gla-  
ba adulteria. dij ministri esse debebant, ipsi eodem ferè mor-  
bo laborent, iisdem uitijs madeant. Proinde ui-  
dete, ne dum super festuca mea cælum terræ mi-  
scetis, ipsi trabem uestram non aduertentes gra-  
uius aliquando iudicium feratis. Ego nimirum  
ob coniugium à Domino mihi concessum, sed ab  
humano die mihi in speciem prohibitum, hereti-  
cus traducor, publicum mundo spectaculū fio.  
Sed quæ uos multo fœdissima in uestro cœliba-  
tu admittitis, nemo ea uobis probro uertit. Sed  
est qui uideat hæc, & iudicet Deus, ut homi-  
num oculos maximè fallatis. Rosem. Posset  
igitur sacerdos maritus fieri cum bona consci-  
entia? nam id uideor ex uerbis tuis colligere.  
Vuord. Si dixero uobis, non credetis mihi.  
Mont. Audiamus quid uis dicere. Vuord.  
Sed uereor ne canes mihi sitis ad laniandum, &  
discendum promptiores. Mont. Bona uerba.  
Vuord. Si uelitis acquiescere iudicio meo se-  
cundum scripturas, in promptu est responsio.  
Mont.



Mont. Age ergo, quid moraris respondere?  
Vuord. Quid? stabis ne iudicio meo? Mont.  
Hoc nobis religio sit dicere. Duuen. Sinite, O religio.  
quæso uos, dicat. En descriimus tibi iudicium.  
Mont. Hoc nos quidem nõ stipulamur, respon-  
dere tamen te iubemus, ut sicubi erres à uerita-  
te, rectius à nobis instituaris. Vuord. Indi-  
gni estis cum Pilato, apud quos testimonium de-  
tur ueritati. Sanctum enim canibus non est Mat. 7.  
dandum, neque margarita ante porcos obij-  
cienda est. Mont. Non respondebis uel tan-  
dem, si uxorem duxisti, an non? Vuord. Non  
nisi productis testibus. Mont. Quid tergi-  
uersando usque adeò testes prouocas? satis sit Attica scilicet  
merito, nos id tibi criminis impingere. Vuor- fidem ma-  
de. Ergo ne Fisci partèis uobis sumitis? gistros.  
Montan. Imo. Ego enim te postulo contra-  
cti matrimonij. Intellextin? Vuorde. Vah,  
monstrum mihi datis Fiscaloiudicem. Mon- Fiscaloiudex  
tan. Quid si famulus ille meus Fiscum agat, e- Fiscus juppa  
go iudicem. Vuorden. Non prohibebo. Ac- stitius.  
cedat Fiscalis famulus, accusatoris partes su-  
scipiat. Eho tu, Fiscus cum sis, quod mihi cri-  
men intentas cedo? Ecce elinguem Fiscum, &  
uel magis mutum pisce. Montan. Sine, ego  
pro ipso dicam. Vuord. Non sinam inquam,  
et atē habet, loquatur ipse. Mont. Atqui ipse  
confessus

confessus es coniugium tuum antea: quid confessa negas? Vuord. Ad eandem reditis cantilenam. Quid si latrocinatum me uel pœne metu, uel carceris tædio fatear? num credituri sitis? Mont. Nihil agis. nisi enim res ita haberet, coniugium tuum non fuisset Louanium usque delatum. Vuord. Vah, quasi mendax fu-

**Pamæuis.** ma non etiam totum orbem peruolitet, adeoq; concutiat. Malim pro uno quolibet fame mendacio numerari obolum unum, q̄ pro ueris ditis dragmas decem: plus enim lucri illinc fuerit. Duuen. Antibi excidit mi Ioānes, quod nobis non ita dudum fatebaris, cum te ex officio examinaremus? Vuord. Si me examinastis Iudices, & dignum morte facinus in me inuenistis, sententiam proferatis licebit. Duuen. Nos neq; iudices neq; criminatores tui sumus. Enchus. Quid tā plixe agis quæso te? Vuor.

**Stipulatio a qua & bona a Sophistis indignè recies.** Si mihi fidem datis, quòd causam meam iudicaturi sitis, non secundum traditiones uestras, aut hominum constitutiones, sed iuxta scripturæ sacræ ueritatem, quæ omnibus omnium hominum decretis est præferenda, plusq; pōderis merito habet, amplius uos non differam. Mont. Nihil tibi certi pollicemur. uerum enim uero, si rem ingenuè dixeris, iubemus te bene sperare. Vuord. Ego sanè eam spem mihi emere nolim & cum

Et cum uita mee periculo, Et animarum uestra  
rum damno. Mont. Ego hoc dico tibi charis- Vt blandus  
est simulator  
pessimus.  
sime D. Ioannes, me non malè affectum erga te  
esse, ita me Deus amet, sed si perrexeris cōiugi  
um tuum tam obstinato animo pernegare, ego  
certe dentes meos tibi sic ostendā, ut animus ti Minae apro  
dignae.  
bi hinc inhorrescat. Vuord. Cum uos furietis  
maxime, ego Deum precabor maxime, ut patie  
tiā mihi benignè adflet in omni afflictioe mea.  
Mont. Fer ego missarum sacra hoc tibi deie- Salutis suae  
aram adiurat  
homo sanguis  
narius.  
2. Ti. 5.  
ro, me nullam facturū desuper conscientiam,  
si hostiliter tecum agam. Vuord. Hoc illud est  
scilicet, q̄ in nouissimis temporibus fore prae  
dixit Apostolus, homines sui amantes, elatos, bla  
sphemos, criminatores, immisericordes, affe  
ctus nescios, habentes quidem speciem pietatis,  
sed uirtutem eius abnegantes. Mont. Quod  
nos fingis duros, immisericordes Et inclemen Melle litus  
gladius in Pi  
storium strus  
gitur.  
tes, id non est. nam uultum nostrum tibi in hoc  
peruertimus, ut omnibus modis tētemus, si qua  
tandem ratione queamus tam rigidum Et pre  
fractum animum emollire, non ad perdendum,  
sed seruandum te. Quare consultor tibi sim, ut  
ingenuè respōdeas, et uel uno uerbo dicas quid  
feceris, quid non. Vuord. Nunq̄ euincetis mi  
hi ductā unq̄ uxorem. quis corā Deo sim, nihil  
ad uos attinet. Duuen. Vide autem ne tuo ipsi

Passus quidē us forex indicio p̄daris, neue autographo tuo fuerat prius contradicas: alioqui urgeberis ad agnoscendā Vuordenas, manus tuæ scripturam. Quamobrem satius est, non suum cō iugū. Jed' jas ut coniugium quod adijisti, fateāre, deinde scri- cerdotē fieri pturis factum tuum (quod quidem poteris) de- posse cōiugē. fendas. id ego tibi monitor sim. Vuord. Equi

dē credo te sedulō agere mi domine, ut res mea non male habeat. quare non grauer tuis consi- lijs acquiescere. Quod si iustitiam tueri, & me innocentem seruare ac uindicare ab iniuria, ut consules estis, nō detrectabitis, si modo causam hanc meam iustam, facilem, uindicabilem tam scripturis quā rationibus probauero, nihil eo- rum quæ rogabitis, uos celauero. Duuen.

An id præsti Defendemus te in his quæ iuris sunt. Vuord. seruit exitus Age, age, quando huc me uocat Deus in animi dedit.. mei penetrabilibus: uocat etiam uestra fides da-

Pistorij con- fessio. ta, circuitione nulla amplius usurus sum. Qua- re ingenuam accipite rei totius confessionem: Duxi, fateor, uxorem mihi, sed clam, & absq; arbitris: sed iure duxi. Mont. Quoniam id iu- re quæso, diuino an humano? Vuord. Si non humano, certe diuino: ut hac scilicet uia immo- deratam carnis uisionem euaderem, & scorta- tiones euitarem. Mont. Itane licere dicis sa- cerdotibus, cum sese cœlibatus uoto astrinxe- rint, uti contrahant matrimonium? Vuord. Quidni,



Quidni, si urantur? cū melius sit nubere, q̄ uri,  
teste Apostolo. Mont. Hoc quidē Apostoli di  
ctum, de sacerdotibus et uotarijs minime est ac  
cipiendum. Vuord. Mirum uerò uos istā com  
mentari exceptionem, cum spiritus sanctus scri  
pturarum author neminem inde excipiat, siue  
Nonnum siue Nonnam, quando disertē adeo di  
cat Apostolus, Vnusquisque suam uxorem habe  
at propter scortationē: nisi homines non sint uo  
tarij nostri sacerdotes, ut hoc Apostoli dictū ni  
hil ad illos pertineat. Enchus. Alia longe est  
ratio eorum qui uouerunt castitatē, q̄ laicorū.  
Vuord. Num igitur solis laicis scripta est ad  
Corinthios epistola? Mont. Ea semper scri  
pturæ mens est, ut ubicūq; loquatur de coniugij  
iure, inde semper exemptos uelit sacerdotes. Futile caual  
Vuord. Quis eam tibi scripturæ mentem reue  
lauit, cum nusquam sit literis sacris expressa?  
Nihil addendum, nihil demendum est uerbis  
præceptis Dei. Qua igitur authoritate, imo te  
meritate potius audetis hic pro uestra libidine  
indignē adeo scripturas torquere? Equidem  
Christū habeo cōiugij mei consultorē, qui uult,  
ut q̄ possit cape cœlibatus uerbū, is capiat. Id si Mat. 19 97  
cōuertas, erit, ut qui cape nequeat, ne capiat.  
Qua libertate fretus uxorē, fateor, duxi, reco  
gitās id qd̄ res erat, qd̄ q; magno labore animi  
exper-

solitudo agam expertus eram, nō esse bonum hōminem esse so-  
lita impro- lum, hoc est agamon, opus habere adiutorio si-  
bata Gen. 2. mili ipsi, nimirū coniuge. Quæ ratione quid po-  
tēst clarius dici? Mont. Si tantum uoluisses,  
facile tu quidem potuisses continenter uiuere.  
Vuord. Quinam quæso potui melius sistere na-  
ture fluxum, q̄ mulierculæ contubernio? quam  
scortationis fugiendæ ergō mihi sumpsi. Inte-  
rim nō opinor in multis monachorum collegijs  
Naturam ex- queq̄ reperiri, cuius ingenium magis refuge-  
pellas furca rit uel à puero mulierum conuētū, q̄ meum.  
samen, & c. Taceo quantum sudarim ac laborarim, ut con-  
tinenter uiuerem. Sed euenit mihi quidē, ut quō  
magis insisterē, hoc acrius cōcupiscentiæ malū  
mihi inualesceret. Rosem. Quibus porrō reme-  
dijs tētabas huic malo obuiā ire? Vuor. Quib.  
id genus Demoniorum expugnari solet, immo-  
deratis ieiunijs, uigilijs, inedia, precationibus  
assiduis, & improbis laboribus: ut ne adāam,  
dum me sic torqueo, biennium totum abstemiū  
Magistralis uixisse me. Mont. hæc præscisse ac præcogi-  
s. in iura. tasse oportuit, prius q̄ sacros ordines adires.  
Nunc uerò sera est pœnitentia. Vuord. Si sa-  
tis me nouissem, atq; hæc præscissem, nunq̄ ad  
hunc sacerdotum ordinem me contulissem, qui  
tamen ipse mihi nunq̄ ualde placuit. Enchus.  
Quid igitur mouit te, ut sacerdos fieres? Vuor.  
Non

Non aliud equè atq; importuna patris mei ad  
 eam rem sollicitatio, qui me planè uoluit sacer  
 dotem fieri: partim ne uideretur frustra alioqui  
 tantum olei meis studijs impèdisse: partim ut bo  
 nam muneris sui partem in humeros meos deri  
 uaret, cum edituum ageret. *Mont.* Miſſa fa  
 ciamus ista, atq; ad rem redèamus. Quid ais er  
 go? Sacerdotem maritum posse fieri sine pecca  
 to? *Vuord.* Id sanè Scriptura ipsa satis aper  
 te pro me loquitur: cui ego terminos ponere ne  
 que uolo, neque debeo. *Mont.* Tu non intelli  
 gis scripturas. *Vuord.* Proinde uos mihi do  
 ctiores sitis, ego me præbebo docilem discipulū.  
*Mont.* Iura Canonica, quibus iuramento ob  
 strictus es, sacerdotibus cœlibatum indicunt.  
*Vuord.* Facetè nunc demum prodis ius sum  
 mum, quo propius urgeor. Frimum fateor qui  
 dem iura Canonica agamiam ecclesiastico ordi  
 ni indicere. qua de re non controuertitur: sed  
 quam diuini uerbi authoritate id fiat, uobis  
 probandum relinquo: circa hoc enim omnis uer  
 satur quæstio. Deinde quod iuravi etiam præsti  
 ti. Iuravi enim uicturum me secundum Cano  
 nes pro posse & nosse: nam hæc est iuramenti  
 præstiti formula. Si potuissem diutius me conti  
 nere, coniugij capistrum non admississem. En  
 enhus. Ecclesia catholica, que Spiritu sancto  

*Aedituū age  
 bat Pistorij  
 pater: unde  
 & Ioannes  
 custos uulgo  
 est appella  
 tus.*  
*O doctores  
 Theologicos*  
*Status præ  
 sentis causæ.*

regitur, multa potest suo iure disponere, etiam  
in ijs que sunt præter scripturam: quemadmo-  
dum & Paulus eiusdem ecclesiæ minister fide-  
1. Cor. 11. lissimus, cætera, inquit, cum uenero, dispo-  
nam. Vuord. Quod ad ritus politicos, cere-  
monias, & moralia attinet, in his liberam esse  
ecclesiæ dispositionē facilè dono: ita tamen, ut  
nihil hic nobis obtrudatur articuli uice, tanquã  
ad salutem necessarij. Quoniam uerò sacerdo-  
tum agamia nullis scripturis uerè Canonicis  
asseritur, libera maneat oportet: ita ut hinc no-  
uum fidei articulum condere ne angeli quidem  
ecclesiæ aut è cælo queant, nedum ecclesia, que uerbo Dei  
soritas non regitur, non ipsa uerbo imperat & dominatur.  
est supra scri Enchuf. Tun negas ecclesiam quicquam præ-  
pturas. cipere posse sub pœna peccati mortalis? Vu-  
Hinc illæ ord. Imò pernego. Quàm enim non potest uis  
lachryma. humana ex filijs lucis & regni cõsortibus face-  
99 re filios gehennæ ac tenebrarum ( id enim est  
unius Dei, qui uitæ ac mortis habet imperium,  
superato Diabolo, ) tam non potest ulla eccle-  
sia, quenquam mortaliū peccato mortali ob-  
stringere per suas cõstitutiūculas, si uerbo Dei  
non nitantur. Mont. Quid? censes ne igitur  
liberè præuaricanda & contemnenda ecclesiæ  
statuta? Vuord. Minime gentiū, si modo con-  
sentiāt scripturæ, quod toties inculco. Enchuf.  
Quid



Quid de illis statutis censes, que quis sint præ-  
ter uerbum, nõ tamen sunt contra uerbũ. quod  
genus non pauca habet ecclesia. Vuord. In Quatenus  
ijs et si charitati multa tribuenda sint, non est ta-  
men laqueus ponendus conscientijs: quemadmo-  
dum Apostolus sic nobis commendat cœlibatũ,  
ut tamen nolit cuiq̃ laqueum iniicere. Iniiceret  
autem laqueum, si quem propter suum consiliũ  
urgeret ad cœlibatum: id quod uos nimis confi-  
denter facitis. Mont. Mane, alia te uia ag-  
grediemur, quando hac nihil proficimus. Ro-  
sem. Præstate, queso, docilem Magistris no-  
stris optime Ioannes. Vuord. Libens quidẽ  
id fecero, si modo quid recte doceant. Rose-  
mun. Ego Deum pro te ardentissime compre-  
cabor ut in uiam rectam redeas. Vuord. Vbi  
à uia recta deuiauero, tum istuc precator. Ro-  
sem. Orabo tamen in missæ sacris die crastino.  
Id ne gratum tibi fuerit? Vuord. Orato for-  
titer, non repugno. Nouit enim Dominus hosti-  
um meorum precationem impiẽ piã in nomi-  
nis sui laudem et gloriam conuètere. Duuen.  
Domini mei, tempus est ut domum conceda-  
mus, inclinatur enim uestera. Montan. Cras  
reuertemur. Tu interea loci fac tecum omnia  
reputes, atq; mutes sententiam, nisi mauis per-  
tinax hæreticus declarari. En prædixi tibi.

H ij Enchus.

parendum  
ecclesiæ  
statutis.

1. Cor. 7.  
Iniicere la-  
queum cons-  
scientijs quid.

Hic tabulas  
suas & char-  
tas reponis  
scriba.

Enchuf. Equidem credo supra septimam esse.  
Rosem. Est. Enchuf. Vide si nocturna me-  
ditatio det tibi aliquid boni, ut recantes senten-  
tiam, alioqui nō paruo te discrimini expo-  
sueris. Vuord. Domini uoluntas fiat.

ALTERIVS HVIVS  
congressus Finis.

**P**ostero die, amice lector, ijdem illi Inquisi-  
tores, intermissa paululum Vuordenatis  
inquisitione, me sibi sisti fecerunt: quem Luthe-  
ranismi suspicione grauiter laborare causaban-  
tur, propterea quōd Monachismum confutaf-  
sem, & exititij cuiusdam monachi apostasiam  
epistolio collaudassem. Hic, ubi depulsiōe cri-  
minis, et ex negocij circūstantijs factum ipsum  
uel diluissem, uel extenuassem, dilata ulteriori  
inquisitione, me tum quidem in carcerem remi-  
serunt, atque Vuordenatem nostrum ad Palino-  
diam sui coniugij urgere studio sibi deinde ha-  
buere. Quem conatum cum uiderent ex animi  
sui sententia non satis succedere, data est ope-  
ra ab Inquisitoribus, ut superiori confessioni  
quosdam alios articulos elicerent, ne coniugij  
tantum ratione hominem alioqui et uite & no-  
minis inculpati, hæreseos condemnarent. Vbi  
nolī te latere, charissime lector, nō omnia que  
sequen

sequenti dialogismo inferuntur, uno hoc die d-  
cta fuisse: sed ex omnibus, quæ uarie post secu-  
ta sunt, colloquijs & inquisitionibus, hæc quæ  
modò dabimus esse excerpta memineris, atque  
in hunc tertium congressum congesta. ne si sin-  
gula ordine scriberentur, pleraq; nobis ad nau-  
seam forent repetenda: cū non parū multa nugā-  
citer admodū in posterioribus congressibus ab  
Inquisitoribus recocta fuerint. Quare hic ter-  
tius tibi congressus esto, sed ex multis cōflatus.

### TERTIVS CONGRESSVS.

**M**ONTAN. Quid D. Ioannes? reco-  
gitasti ne in animo omnia quæ tibi be-  
ri abiens mandaueram? Vuord. Accurate o-  
mnia. Mont. Quid ergo animi est tibi? Vu-  
ord. Nunq̄ æquè ac modò quieto animo fui.  
Rosem. Num sensisti in corde tuo preclarum  
mearum uim & energiã? Hodie enim cum rem  
diuinam facerem, ardentibus uotis Deum pro-  
te sum comprecatus. Sensisti ne? Vuord. Non  
sentiam quid possit boni uiri precatio? mente Ironia.  
nimirum optima sum. Mont. Euge, bene ha-  
bet. Paratus igitur es reuocare omnia, nonne?  
Vuord. Quæ nam omnia? Mont. Perij, ad Lupi hiantis  
ingenium redit. Errores tuos pessime. Vuord. in morem de-  
lusi Inquisi-  
tores,  
Non erraui, quod sciam, in ratiõe fidei meæ uo-

bis data. Enchuf. Non errasti? Pimum parū  
piē sentis de constitutionibus ecclesiæ: quas, ut  
inobediētiæ filius, uxore ducta contempsisti il  
liberaliter. quod quidem ferēdum adhuc esset,  
& pœnitenti remittendum, nisi hoc ipsum lice-  
re tibi iure diuino pertinacissimè contenderes.

Epilogus. Id ne errare est? Vuord. Equidem coniugiū  
meum plausibilibus primum rationibus, deinde  
& euidentissimis scripturis & exemplis asserui  
et confirmaui. quibus omnibus si nihil apud uos

Constantia profecero, animam adhuc unam reliquam ha-  
martyris, beo: quam nihil grauabor, Deo propitio, po-  
stremo loco pfundere: ut sanguine scilicet meo  
cōfirmem quod Scripturæ autoritate asserui.  
Præter hanc animā nihil amplius habeo, quod  
pro Euangelij gloria uindicandæ ueritati im-  
pendam. Hoc ubi factum fuerit, non erit quod  
mihi exprobretur, spero, in summo illo Christi  
examine, quasi uitam meam ipso Domino habu-  
erim chariorem. Mont. Vide autē ne nimis  
calidū sit hoc tuum consiliū & propositū. Neq;  
inducas animū tuum uelim, nos sanguinē tuū si

Vt mentitur tū, quin hoc optamus potius modis omnibus,  
iniquitas sibi ut ad gremium matris ecclesiæ redeas. Vuor.  
Quam me saluum optetis, id res ipsa declara-  
rabit. Nunc porrò aliter affectus nō sum, quam  
audiuistis. Rosem. Ah mi fili, propitius sis tū  
bi.



bi, Det tibi Deus aliam mentem precor. Vuord.  
 Imò potius optem uobis aliam mentē dari, quò  
 desistatis nō modò Euangeliū persequi, sed nos  
 quoq; uerbi diuini testes neci dare. Mont. Tu  
 nimis altū uis sapere. noli inniti prudentiæ tuæ.  
 Vuord. Equidem prudentiæ meæ, in hoc præ-  
 sertim negotio, non innitor, sed petreæ solidita-  
 ti, hoc est Christo planè adhareo: à cuius uerbis  
 discedere ne in morte quidē animus est. Mon-  
 Quid? nihil te mouent orthodoxi Patres, nihil <sup>Inniti pro</sup>  
 ecclesiæ sanctæ authoritas, nihil <sup>propriæ pru-</sup> Conciliorum <sup>dentia.</sup>  
 decreta, nihil consensus populi, nihil tot secu-  
 lis receptus et probatus bene agendi usus? num  
 unus plus sapis omnibus? Aduersus hæc omnia  
 sentire, an non inniti est prudentiæ propriæ?  
 Enchuf. Præ te solo scilicet errabunt omnes?  
 Vuord. Etiam si angelus è cælo aliud nobis an-  
 nunciauerit Euangelium, quàm quod ab Apo-  
 stolo accepimus, anathema sit. Contrahen-  
 di matrimonij libertatem nobis concedit scri-  
 ptura sacra. illam non patiar mihi erripi à mor-  
 tali die. Nec contra hoc audio Concilia, Pa-  
 tres, ecclesiæ authoritatem, usum & consue-  
 tudinem: que quidem omnia nihil præiudica-  
 re possunt uerbo Dei, quod scio à parte nostra  
 stare. Enchuf. Age, nunc ego aperto scriptu <sup>Parturiant</sup>  
 re sacre loco crassum tuum errorem conuellā: <sup>mōtes, &c.</sup>

quandoquidem non uis nisi sacra tibi proponi.  
Ita inquit Christus, Ego pro te rogavi Petre, ut  
non deficiat fides tua: & tu aliquando conuer-  
sus, confirma fratres tuos. Agnoscis ne homo  
Christi seruatoris nostri uerbū? Vuord. Agno-  
sco, & ueneror: quid autem censes hinc inferen-

Achilleū ars  
gumētum, si  
dij placet.

dum? Enchus. Cum fides orthodoxa in Petro  
nunq̄ defecerit, consequens est, nec in Romano  
Pontificatu ipsam deficere posse, cui Petrus ip-  
se per successores suos adhuc dicitur præside-  
re. Quicquid igitur hæc Apostolica sedes decre-  
uerit, nemo orthodoxus negabit inuiolabiliter  
seruandum esse. Habes scripturā, ad quam sem-  
per prouocas. Vuord. O insulsos scriptura-  
rum interpretes, in quibus etiam me pudeat the-  
ologici nominis, si sic per omnia in sacris docce-  
ant. Fides Petri, quaille, præter omnem car-  
nis sensum, Christum filiū Dei uiui testatus est,  
nūquam defecit, sed nec unquam deficiet, dum  
in orbe hoc electi erunt, qui Christi nomen cū  
Fidem Petri  
nunquam de-  
ficere. Petro eadem fidei firmitate celebrabunt. Quid  
aut hæc fidei stabilitas ad Papæ regnum, ad Ro-  
manæ ecclesiæ uastitatem, ad hominum traditi-  
ones? Electis affuturus est Christus usq; ad cō-  
summationē seculorum: quo dicto nihil minus q̄  
Pontificatus iste Romanus statuitur. Regnum  
enim Dei non uenit cum obseruatione, siue die-  
rum

rum aut personarum, siue locorum, temporum,  
aut ciborum, siue etiam uestium & ceremonia-  
rum, in quibus totus regnat Romanus Ponti-  
fex, sed intra nos est. Porro autem quod Petro  
dicitur, Et tu aliquando conuersus cōfirma fra-  
tres tuos, omnib. dicitur, qui cum Petro, Petri,  
hoc est, solida illius petræ Christi per spiritum  
uidelicet fidei confessores sunt. Vnicuiq; enim  
Christiano incumbit, ut fratres suos ex charita-  
te fraterna soletur, doceat, bene moneat, in fi-  
de confirmet. Mont. Vah, quàm male sentit  
hic homo de Rom. Pontifice, de primatu petri,  
& de ecclesiæ authoritate? Nisi tu quidem hæc  
reuocaueris, paucissimos intra dies ut hereti-  
cus combureris. Vuord. Agite, expedite ro-  
gum, ferte citi flammæ, satis minarum datum  
est. Mont. Non credis fortasse tam dirum sup-  
plicium tibi imminere, et uerba nostra pro fabu-  
la habes uideo: ea res confidentem te facit, sed quæ  
non uanè tibi hoc interminemur, nisi mature re-  
sponderis, propediè experieris. Vuord. Quin Animosè ac  
properatis sanguinè meum profundere, in quo fortiter.  
& manus uestras lauetis? Rosemund. Ah quæ  
miserè pestilens ista Lutheranorum heresis te  
seduxit. Mont. Quid de te tandem statuatur?  
quid de te fiet? Enchus. D. Ioannes cur non Rursus bla-  
Paululum quiddam tuam seueritatè remittis? di fiant.

Concedas quæso nõnihil domino Commissario,  
qui te seruatum uult, non extinctum. Vuord.  
Quid faciam autem? ut nomen Dei mei abiur-  
rem, & fidem abnegem? & in Sathane castra  
proditor transfugiam? id ne uultis esse autho-  
res mihi? Enchus. Minimè: sed ut rigorem  
tue sententiæ de statutis ecclesiæ paululum mi-  
tigēs. quod si feceris, operam dabimus ad unum  
omnes, ut his uinculis expediãre. Vuord. A-  
ge, hoc adeò faciam, ut mitigẽ sententiam meã,  
quoad eius salua fide cõscientiæ fieri poterit.  
Detur mihi calamus cum charta. Mont. Be-  
ne habet. Eia præbeas te, quæso, tractabilem.  
Vuord. Sed uereor ne hinc iterum aperiam se-  
nestram captandi & illaqueandi me. Mont.

Conticuere  
paulisper dũ  
confessionem  
suam conscri-  
beret uinctus

Nihil est quod uereãre, benignè te tractabi-  
mus, si te nobis benignè demiseris. Vuord. En-  
habetis quid sentiam in genere de statutis hu-  
manis: sed ea lege hoc uobis offero, ut ne ad spe-  
cialia me uocetis. Mont. Legatis domine Ru-  
arde. Enchus. De cõstitutionibus ecclesiæ id  
sentio, ipsas temere non esse uiolandas: sed uel  
necessarias, uel laudabiles, quatenus Dei uerbo  
non aduersentur. Mont. Bene est. Enchus.  
Quid igitur sentis de uetito carniũ esu in qua-  
dragesima? Vuord. Videte quæso, quã ci-  
to stipulata mihi fidei obliti, pertrahatis me ad  
singula



laria? Enchusan. Facile nobis respōderis se-  
cundū hęc tua scripta, quod placeat. Vuord.  
Si non sitis contenti hac sententię meę nota-  
tione, en reuoco quicquid modo uobis dona-  
ui. Enchusan. Cum dubius nobis tuus sit a-  
nimus, quę nam iniuria sit, si ipsum pertente-  
mus? Vuorden. Ne mihi iussē à uobis semper  
metui, qui non nisi calumniandi ansam in me  
captatis. Enchusan. Ut nos uel maximē con-  
tenti simus, prouidendum est tamen, ut ijs eti-  
am satisfiat, qui nos huic inquisitioni intende-  
re uoluerunt. Non enim nostra tantum, sed il-  
lorum quoque, & omnium orthodoxorum res  
agitur. Vuorden. Pergite uobis similes esse:  
Laterem enim lauet, qui uos ad frugem reuo-  
care studeat. Mont. Cum laudabilem nobis-  
cum prædices ecclesię consuetudinem, eiusq;  
authoritati consentias, haudquaquam dubito,  
quin religio tibi sit phibito ab ecclesia die car- De carnium  
nibus uesci. Vuord. Si esca offendat fratrem esui. Cor.º  
meum, non adducar in æternum, ut carnibus  
uescar, cum Paulo. Echusan. Quid si absit  
scandali suspicio ac metus, pariterq; tibi oc-  
casio prona incidat uescendi carnibus, num te  
deterrebit ab edendo, ecclesiastici præcepti re-  
ligio? Vuorden. Quàm astutē me aggredi-  
mini. Enchus. Sine, commentemur paululum.  
Vuord.

- Vuord. Christus ipse uobis hic respondet, qui  
 Mat. 15. perhibet ingenue, Quod intrat in os non coin-  
 quinare animam. Et Apostolus, Non est regnū  
 Col. 2. Dei, inquit, esca & potus. & item, Esca nos nō  
 commendat Deo. Quid? quod idem Apostolus  
 uetat ut quisquam nos iudicet in cibo & potus  
 Enchufan. Nihil te mouent ecclesie sanctio-  
 nes, quantum ex dictis tuis colligo. quid igitur  
 scripsisti, statuta ecclesie non esse uiolanda?  
 Vuord. Ne quid erretis, adieci temere. Ro-  
 sem. Quid sacram parasceuen? an ne illam ha-  
 bes religiosam? Vuord. Audiuistis q̄ Paulus  
 Gal. 4. obiurget Galatas, q̄ dies obseruarent, annos et  
 tēpora. Enchuf. Hoc illud est quod dico, Lu-  
 therani nihil cupiunt, nisi carni indulgere.  
 Vuord. Non agitur hic ō præclare, de carnis  
 indulgentia, sed de libertate conscientie, & ue-  
 ritate scripturæ. Nam si meo palato seruiendū  
 sit, pisces carnibus prætulero. Quare quod ad  
 cibos attinet, satis sit uobis, quòd pronunciaue-  
 rim charitati hic esse inseruiendum. Enchuf.  
 Interim tamē alia ratio est, cur à carnibus tem-  
 perandum censeat ecclesia, ne nimium scilicet  
 lasciuiat caro nostra. Vuord. Caro nunquā  
 non est reprimenda; qui enim unquam placue-  
 Gal. 5. runt Deo, crucifixerunt carnē cum uitijs & af-  
 festibus suis. Quid hoc ad doctrinas istas de-  
 monio-

moniorum (ut eas uocat Apostolus) de ciborum  
delectu, & amplectendo cœlibatus? Enchus.  
Valde timeo, ne totus sit infectus Lutheri erro-  
ribus. Quid sentis de Sacramentis? Vuord. De sacramen-  
tis mota quæ-  
stio.  
Per omnia bene, & Sacramenta sint. Mont. Cre-  
dis etiam septem esse? Vuord. De hoc aliàs  
agendum erit, nūc coniugij causa nobis tractā-  
da est. Mont. Qui errat in uno, suspectus est  
etiam in alio. Vuord. Articulus Sacramenta-  
rius non est meus, quare in eius defensionem nō  
descendam. Mont. Saltem hoc faceres, ut in-  
tellectum tuum captiuum duceres in obsequiū  
Christi, etiam in statutis ecclesiæ. Vuord. An  
non id facio, dum me totum Dei uerbo accom-  
modo? Enchus. Atqui meminisse debes, & me-  
lior est obedientia quam uictimæ. Vuord. Fæ-  
teor, non quæuis tamen, sed mandatorum Dei,  
quibus non auscultasse, quasi scelus idololatriæ I. Reg. 15.  
est, teste Scriptura. Mont. Si diu tecū dispu-  
temus, negabis tandem, opinor, ullam ecclesiā  
esse, quando illi tam impiè detrabis. Vuord.  
Nihil est quòd istuc metuas, quando ex symbo-  
lo primò condito, insanus sit, qui non credat ec-  
clesiam illam catholicam, esse sanctorum com-  
munionem. Cæterū hæc ecclesia, ut spiritu san-  
tholica.  
tholico regitur, ita nihil audit, nihil etiā tradit ob-  
seruandum, nisi quod uerbo Dei consentaneum  
est.

est, ut antea quoq; dixi. Enchus. Credis igitur ecclesiam catholicam esse sanctam? Vuord.

Quid ni credam, cum me ipsius membrum profitear? Enchus. Non uiuum opinor, sed putidum: ut cuius mandata toto animo contemnas.

Rosem. Cui nam scire potes, si membrum sis, an non? Vuord. Testimonio intra me loquentis Spiritus.

Enchus. Quid audio? Spiritus ne sanctus in te loquitur? Vuord. Ipse Spiritus,

Rom. 8. inquit Apostolus, testificatur una cum spiritu nostro, quod sumus filij Dei. Rosemun. Deus bone,

quam presumptuosi sunt isti Lutherani. Ego non ausim de me dicere, quod habeam spiritum sanctum.

Rom. 5. Vuord. Non enim credis charitatem Dei diffusam esse in cordibus nostris, per spiritum scilicet, qui datus est nobis. Incredulitas ista uestra

diffidentes, impios, et spiritus sancti expertes facit. Enchus. Cum ecclesia Dei tibi sit sacrosancta,

cur non eius mandata tibi quoque sunt sacrosancta? Vuor. Ecclesia illa dei, cuius Christus est caput, non fert multas leges, ut legislator ille uester Rom. Pontifex: non excarnificat

conscientias, non auget damnationes, ut uos facitis. Enchus. Quid? an is quoque consecraret, qui

in nuda mensa, et nullo cum amictu sacro, et sine cereis sacra faceret praeter institutum ecclesiae? Vuord. Quid ni liceat ad exemplum Christi



cenā Dominicā instituerē q̄ simplicissimē, sine  
ceremonijs et cereis, sine panoplia sacerdotali?  
Mont. Tu homo deterior es ipso heresiarcha  
Luthero. Rosem. Non est nobis spes ulla, fo-  
re ut de tam duro capite triūphemus. Enchus.  
Quid sentis de sacramēto extremæ unctionis?  
Vuord. Quis nescit ritū esse ecclesie? Mont. Ritus ecclesie  
Satis operæ ac laboris in hoc heretico homine sit extrema  
conuertēdo collocauimus, quāq̄ frustra. Quare unctio.  
nō est consiliū, quādo nihil agimus, ut amplius  
cū illo colloquamur. Enchus. Et ego quoq; ui-  
deo de eius salute planē esse desperatū. Mont.  
Ignibus & lignis aduersum te posthac procede  
mus, atq; audin? Vuord. Implete mensurā pa-  
trum uestrorū in me. Mortē non deprecor: quæ  
ut mihi lucro, ita uobis perpetuo dolori fuerit.  
Enchus. Quāq̄ nūc abimus D. Ioānes, datur  
tamē tibi adhuc deliberādi ac reuocādi spaciū:  
neq; enim exequemur aduersum te ullā senten-  
tiā, priusquā in carcere te adhuc semel inui-  
sero. Vuord. Domini uoluntas fiat. Mont.  
Abeamus. Rosemun. D. Ioannes, ede & bi-  
be, & ne adflites te. Vuorden. Animo meo  
nō malē est, edo et bibo, ut pro ualetudine mea  
nunquam melius. Rosem. Utinam aliter affe-  
ctus sis. Brunth. Reducatur in suam carcerem.

TERTII CON-  
gressus finis.

AD

## AD PIVM LECTOREM.

Guliel. Gnapheus.

**P**ostquam hæc omnia (ut diximus) acta et  
 disputata sunt affatim, amice lector, eue-  
 nit, ut & fratralis ille Ruardus Enchufanus fi-  
 dei suæ memor, martyri nostro nõ ita nuper re-  
 cepte, captiuum in uinculis & carcere cæco he-  
 rentem inuiseret, pietatis scilicet officium uul-  
 tu præferens, ut ad palinodiam eum moueret.  
 Conscensa itaq; cochlea, mirum q̄ sudarit, q̄ e-  
 grè spiritum traxerit homo mollis ac delicatus,  
 Theologus nimirum: qui ut primum pedem er-  
 gastulo intulisset, pædorem & squallorem loci  
 statim cœpit indignans expuere non sine exe-  
 cratione tantæ foeditatis. Quam Vuordenas ad  
 cancellos colloquuturus cum Theologo iam uo-  
 catus excepit, cum summa impietatis exposu-  
 latione, quòd cum carcer custodiæ loco esse de-  
 beret, se, qui nullum facinus morte dignum ad-  
 misisset, in tam graucolenti cauea detinerent.  
 Ruardus excusare se, & blandiri modis omni-  
 bus, monereq; uinctũ, ut primo quoq; die ijs uin-  
 culis sese extricaret, ne cogeretur diutius olen-  
 tissimum illum carcerem ferre. Sed q̄ parum il-  
 le minis mouebatur antea, tam parum nunc cu-  
 rat dulcis libertatis spem sibi iniectã. Interim  
 disputatiunculam quandam iniicit, sed obiter,  
 bonus

bonus Theologus super præcepto ecclesie, su-  
per autoritate Patrũ & Conciliorũ decretis.  
Postremò uerò deuenit ad consolandum uincti  
animum, sanctè testatus ipsius se casum ualde  
miserari. Hinc data & reddita salute, Ruardus  
ad cochleã festinabũdus redijt, expuens & exe-  
crans haustũ inibi foetore. Porrò Vuordenas ni-  
dum suũ repetens pediculosum et camicibus ple-  
num (Erant enim ibi in eodẽ carcere conclusi de-  
cem scurræ uagi, inter quos hic noster medius  
agebat, ceu facinorosorũ omniũ princeps) tem-  
pus captiuitatis sue miratum patiẽtia tum pie-  
tate exegit. Apud illam enim hominũ colluuiẽ  
quotidianas habebat conciones, ut ferocissimos  
illorum animos Euãgelij & Dei cognitione im-  
bueret, atq; ad cõtemptũ mortis, quã bona pars  
illorum pro meritis subiuit, animaret. Vbi tan-  
tũ p̄fecit, ut multi palàm testarẽtur, se optare  
uotis omnibus, ut cũ tam pio homine oppeterẽt.  
Pannosum quendam ibi nebulonẽ detracto sibi  
amiculo uestiebat. Non semel per id tẽpus mihi  
testabatur, se id uehemẽter gratulari pietatis  
doctrinæ, q̄ eum Scripturæ articulũ (ut clarũ,  
ita & plausibilẽ) nactus esset, quẽ uindicare da-  
retur sanguinis sui p̄fusione: unde etiam in tam  
arctũ cogisset Theologorũ copias, ut nescirẽt  
quomodo ipsum uel retineãt, uel amittant. quẽ

si dimittant, conuolatueros suo exēplo plurimos  
ē acerdotum grege ad coniugiū. sin retineant,  
nunq̄ quieturam aduersarijs male sibi conscie  
mentis Erinnyū. Dum mensē pene totum hic  
hæret Vuordenas, ut uel carceris diuturnitate  
urgeretur ad palinodiā, quā toto pectore recu-  
sabat, factum est, ut D. Margaretha Maximi-  
liani filia, una cum prouinciæ præfecto D. Mon-  
tigono Comite ab Hogostrato, & toto adeo se-  
natu Imperatorio Hagā ingrederentur. Ibi tum  
noua turba data, noua inquisitio instituta. Ad-  
uecti Hagam Comitibus ex omnibus Hollādiæ ciui-  
tatibus captiui omnes, qui ob hæreseos crimē  
uincti erant. Præsidebat autē huic renouatæ in-  
quisitioni Præses Mechlinien. M. Iodocus Lo-  
ueringus pertinacissimus disputator, idemq; iu-  
riscōsultus bene loquax: quod ipse expertus lo-  
quor. Nam xiiij. diebus mihi quoq; per hoc tē-  
pus cum eodē homine et Inquisitoribus res fuit,  
acrisq; concertatio: cum fidē illi meam articula-  
tim inquirerēt. Qua de re aliās agā. Cum itaq;  
horum confessui iterum susteretur Vuordenas.  
(sisteretur autem identidē) nihil non agit Lo-  
ueringus, instat, urget, blandus fit, furit, insa-  
nit: interim aureos montes pollicetur, & in om-  
nes sese formas (ceu Protheus quidam) uertit,  
ut Vuordenatis animū, q̄ stat ut Marpesia cau-  
tes.



tes, ad palinodiã inflectat. Verum enimvero, ut  
ex uno cõgressu cõijcias quales fuerint reliqui  
non minus multi q̄ obstreperi (unũ enim cũ no-  
ris, omnes noris) postremum huius fabule imo  
tragædiæ actum tibi dabimus: in quo, ueluti in  
speculo cernas, amice lector, q̄ uehemẽter exer-  
ceat, agitet, ad postremũ furia quoq; quadã in-  
uadat sathã sua mancipia, dum modo per datur  
Christus, opprimatur ueritas: quæ ne portis qui-  
dem inferorũ unq̄ tamen ceßerit. Et hæc, quam  
modo dabimus, postrema fuit inquisitio, in pene-  
tralibus maioris aulæ apud Hagien. habita. Cõ-  
seßus porrò Inquisitorum sic habebat. Præsidiẽ  
Loueringũ quẽ diximus, p̄ximẽ asidebant D.  
ab Angeij, D. Asendelphus & Sasbodius. Ex  
aduerso ad orientẽ considebãt Theologi Inq̄si-  
tores, Montanus, Enchusan. & Rosemund. Ad  
austrũ asidebãt mensæ Brunthus p̄curator Fi-  
scalis & Sandelius archigrãmatheus. Nicolaus  
uerò Dammius lectõr primarius asabat, pen-  
dens à dominorum nutibus, si quid imperent.  
Ad septẽtrionem infra sedet Vuordenas solus.  
Lege lector quæ damus, & miserandam Sophi-  
starum cæcitatem quã miseraberis, tam con-  
trã martyris nostri constantiam & fi-  
dem suspice ac uenerare.

## INTERLOCVTORES.

M. Iodocus Loueringus Præses Mechlinien. iuris cōsult.  
 M. N. Nicolaus Copinus à Montibus Inquisitor. Theol.  
 M. N. Godscalcus Rosemundus Theologus Louaniensis.  
 M. N. Ruardus Enchusamus Theologus Louaniensis.  
 Ioannes Pistorius à Vuorden, Vinctus.

## ASSESSORES

Inquisitionis.

D. N. ab Angeij Cæsaris cōsiliarius. secretioris consilij.  
 D. Gerardus ab Assendelff eques consiliarius Hagien.  
 M. Iacobus Sasbodijs iurisconsultus & consiliarius.  
 M. Reijnerus Brunth. procurator Fiscalis iurisconsultus.  
 M. Arnoldus Zædelinus Archigrammat. scribã agebat.

## LOVERINGVS.

**Q**VAE tibi nunc stat sententia? Vuor.  
 Eadem quæ hætenus. Louer. Non-  
 dum ne reuocandi ratio tibi certa existit? Vu-  
 ord. Nondum. Louer. Tu quidem aut reuo-  
 cabis, aut ut pertinax hereticus exurêris. Vu-  
 ord. Dudum equidẽ absurdum ad hoc genus mi-  
 nas toties mihi intentatas. Louer. Vt ne ua-  
 Religiose. na putes quæ dico, hoc ego tibi per equissem  
 meam dignitatẽ deiero, cras te moriturũ neq;  
 enim differes nos amplius præfracta tua cerui-  
 ce. Vuord. Nondũ uideo cõportari ligna: quin  
 piram instruitis, ad cuius mentionem mihi pla-  
 nè

ne gestit animus? Louer. Etiam illudis nos,  
 nebulo? Vuord. Non illudo, sed inanes uestras  
 minas rideo. Louer. An putas Imperatorem  
 re adeò tenui esse, ut nō habeat qui tibi rogam  
 instruat? Vuor. Neutiq̄ ò præclare: quin hoc  
 uicinum quercetum ligna uobis affatim suppe-  
 ditauerit bis mille ordinis mei hominibus exu-  
 rendis, si sit opus. Nihil in Cæsaris Augustam di-  
 gnitatem iacio. Cæterum uos mihi sathanæ qui-  
 dam estis: uos mihi ignes, ligna, palum toties in-  
 geminatis, ut nihil prius ducam mihi faciendū,  
 quàm ut uos uel contēnendo uincā. Nam quod  
 uos speratis fore, ut confessam ueritatem reuo-  
 cando abiurē, id nihil est, nisi me Deus uirtute  
 sua (quod nō faciet, spero) desituerit. Louer.  
 Quando ita animum induxisti tuū, id adeò edi-  
 co tibi, in diem crastinum certissimam tibi mor-  
 tem destinatam esse. Vuord. Agē, inferatur  
 diu ac multum mihi intentata mors, atq; utimi-  
 ni potestate à superis uobis concessa. Ego inte-  
 rim gratiam habiturus sum Deo q̄ possum ma-  
 ximam, quòd me huic diei serua uerit. Louer. Imo in quar-  
 cras inquam morieris, neq; sinemus te plures su-  
 puiuer e dies. quare, uti iudicabis e salute tua  
 esse, fac te pares extremo supplicio. Vuord. dilatum est  
 Ecce me, qui in omne fatum paratus sum: una  
 breuis hora multam quietem dabit. Louer. supplicium.

Desperabun- nolim speres tam momentaneum tibi tuum sup-  
do similes in- plicium fore. Vuord. Saltem intra dimidiatū  
uicem sese a- diem tyrannis uestra satiari poterit. Louer.  
spectant soꝝ Ilicet actum est: in uiam reuocari non potest.  
phista.

Mont. ipse est totus pertinax. Rosem. Nos  
certe multa clemētia in illum usi sumus: sed sur-  
do semper cecinimus. Louer. En tibi diem su-  
preum denuncio imminere hēresiarcha pessī-  
me, quo merito plectāre supplicio. Age, age, de-  
lige tibi quempiam, apud quem scelera tua de-  
ponas. Vuord. Non cupio hic mihi delectum  
deferri. Louer. Num igitur recusas & confi-  
teri? Vuord. Haudquaquam bone. Si enim con-  
fiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, qui  
promisit nobis criminum condonationem. Lo-

Ut tentāt ui- uerin. Quem nam cupis ergo à confessionibus  
rium fortem, tibi adhiberi? Vuord. Quemlibet. Louer. Mo-  
nunquid affe nachumne secularē, an sacerdotē? Vuor. Vtrū  
ctibus laboꝝ libet. Louer. Quid si Monachū accersamus?  
ret.

Astute, Vuord. Licet. Louer. An mundanum ma-  
uis sacerdotem? Vuord. Nihil moror, designa-  
te quemlibet. Louer. Quid si M. N. Ruar-  
do confiteāre? Vuord. Age, fiat. Louer.  
D. M. N. ne graueris, quæso, huius confessionē  
in aurem excipere. Enchus. Num detrecta-  
bis mihi confiteri fili? Vuord. Minime. Lo-  
uer. Diuertite ad pximū hoc conclaue. Ench.  
Eia



Eia secedamus. Confitere iam nūc, si placet mi  
D. Ioannes. Vuord. Ego ter peccator, & Confessio  
Pistorij  
infinite nominibus ira Dei dignus, fateor meā  
incredulitatem (qua sola à Deo seiungimur) in  
causa esse, ut non ita totum memet, contempta  
scilicet morte, in Deū proijciam, et ueluti tran-  
scribā. Fateor item, me manibus pedibusq; hoc  
est, oībus animi affectibus, Deo obniti solitum,  
ne unq̄ mihi satis libuerit ipsi Deo fide, pximo  
autem charitate inseruire. Ad eō enim penitus  
mihi insita est uis & propensio peccati, idq; ex  
philautiæ uitio, ut non sim (si me propius intue-  
ar) nisi peccatum ipsum, & sordes meræ: quibus  
à capite, ad imum usq; calcem sic iaceo de se da-  
tus, imò immersus: ut si mecum iudicio conten-  
dat is, qui constitutus est à Deo iudex uiuorum  
& mortuorum, sit me æternis ignibus merito  
meo iustè adiudicaturus. Sed hoc malum mihi  
auertet (spero) insignis & rara Dei bonitas  
erga nos, qui filium suum pro nobis in mortem  
dedit, ut in ipsius sanguine, quem mihi asper-  
sum gaudeo, per charismata spiritus & lau-  
chrum regenerationis abluantur mihi pecca-  
ta mea, etiam si numerum harenæ maris exce-  
dant. Hæc me fides ad eō securum facit, ut le-  
uè mihi sit hanc mortis umbram adire, pro cer-  
ta expectatione melioris sortis, quæ nos quidē

uita solutos manet. Hanc mihi fidem adaugeat  
et confirmet qui est sup omnia benedictus Deus  
in secula. Amen. Enchus. Perge. Vuord.  
Hec habui, quæ confiterer. Enchus. Hoccine  
cōfiteri est? ubi nulla uel perstringas, uel de no  
mine recenseas peccata? Vuord. Non est leue  
peccatū, mihi crede, incredulitas: ob quod unū  
iudicabitur à Spiritu sancto mundus. Ench.  
Adeon nihil est peccati, quod memineris per te  
admissum esse? Vuord. Vis ne tibi scortatiōes,  
ebrietates, cædes, periuria, aleam, uelut in digi  
tos supputem? Atquē horum mihi conscius non  
sum, etiā si in hoc iustificatus non sim. Enchus.  
Hereses tuas in sinum meum effunderes, & itē  
pertinaciam tuā deprecaberis, nisi hæc tibi non  
sint capitalia mala. Vuor. Et si sint capitalia,  
in me tamen eiusmodi crimina non aduerto: nisi  
hæreticū sit tibi, à Christo nolle diuelli, nec ab  
tius uerbo ad humanas traditiones uelle de fice  
re. Enchus. qui se ab ecclesia alienat, separatū  
se facit à Christo. Vuord. Ab ecclesia sathā  
næ separari gaudeo, ut uerè Christianæ eccle  
siae uiuum inserar membrum. Enchus. Nisi a  
tibi absolutio. Vuord. Si tu maximè non ab  
soluas, est qui absoluat & condonet peccata o  
mnia Deus. Enchus. Siccine contempta sa  
cerdo-

Hæresis se  
ctio est à  
Christo.

sacerdotis absolutione, contentus eris diuina?  
 Vuord. Quid nisi cum scriptum sit, Venite ad  
 me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego  
 refocillabo uos? & iterum, Ego sum, ego ipse  
 sum, qui doleo iniquitates propter me? Enchus.  
 Ne non per omnia sis Lutheranus, contempta ti-  
 bi scripturaque mea est absolutio. O deploratum ho-  
 minem. Vuord. Quid faciam autem? ut inui-  
 to absolutionem extorqueam id neque possum,  
 neque uolo. Enchus. Siccine mortem adire au-  
 sis, nondum tibi remissis peccatis? num metuis  
 aeternos gehennae cruciatus? quae istaec confiden-  
 tia est? Vuord. Non est Deus ut homo, ut non  
 misereatur nostri. Credo & scio, in Christo Ie-  
 su repositam me habere omnium scelerum meo-  
 rum expiationem. Enchus. Hei, hoi, quam do-  
 leo te sic alienatum manere à gremio sanctae ma-  
 tris ecclesiae, cuius tu clauis tam superbe contem-  
 nis. Quid faciam, nescio, quid nam reuersus ad  
 dominos intro de te dicam? Nolim haec ipsi re-  
 sciscant, quare tibi parcens, haec non proferam,  
 ne ipsorum animos iam satis ac super odio tui  
 accensos inflammem magis atque magis. Vuor.  
 Fer me quidem licebit ut proferas. Enchus.  
 Atqui non expedit tibi id facere me. Vuord.  
 Ego suscipio deique tulero. Enchus. Ergone liberum  
 mihi facis, ut omnia haec, ut hic gesta sunt, ordi-

Ne lacrymas  
 quaeso te, sy-  
 cophanta pes-  
 sine,

ne denarrem intus? Vuord. Sic. Enchus. An  
maius taceri, ne ad odiū tui hoc etiam? Vuor-  
den .siue reticeas, siue proferas, nihil moror.  
Quis enim istis sim, quis iudicer, ne huius qui-  
dem fecero: postquā persuasissimum mihi ha-  
beam, ne in infami quidē morte Deo me displi-  
cere posse. Illi enim ut uiuo, ita etiam  
illi ( quod spero ) moriar.

PIO LECTORI.

**H**AEC ubi audiuit, auolat intro ad Inqui-  
sitorum confessū homo hypocrita, Vu-  
ordenate nostro in conclauī relicto. qui cum ali-  
quandiu ibi solus subsedisset, expectans tenta-  
toris sui reditum, tandem & ipse non uocatus  
confessum ingreditur. Ibi offendit hypocritam  
Crocodili lachrymis ( ut opinor ) desperatam  
martyris nostri salutem lamentantem. Ut igitur  
aſcedit, quanquā iniuſus, Enchusano lac-  
chrymas ab oculorum sinibus abstergēte, pres-  
sisq; uultibus reliquis hunc intuentibus, roga-  
tur à Præsīde Mechliniensī: qui ceptam In-  
quisitionem in hunc modum est  
prosecutus.



LOVERINGVS.

**Q**UID? confessus ne es? Vuord. sum.  
 Louer. Et absolutus? Vuord. Non.  
 Louer. Quid non? Vuord. Quia hic meus à  
 confessionibus dedignabatur confitenti manum  
 imponere. Louer. Quid causæ est D.M.N.  
 quòd hominem hunc non absolueris? Enchus.  
 Quia noluit rite confiteri. In genere enim tan- Rite. i. ad me  
 tum quædam effutiuit, eludens magis q̄ religio- rem papistia  
 se colens confitendi ritū: qui hæreticis istis mos <sup>ciat.</sup>  
 est. Louer. Quid? nescis tibi moriendū esse?  
 nō audis capitale tibi supplicium imminere? quin  
 confiteris ergo, quemadmodum alij Christiani?  
 Vuord. Confessus sum, sed illi qui exomologe  
 sim meam benignius excepit, q̄ hic homo. Lo-  
 uer. Siccine contēnis absolutionē? Vuord.  
 Non dico me contemnere Christianæ ecclesie  
 absolutionem, quam dare deneganti quinam po-  
 tui extorquere? Louer. Quis ergo mortem  
 adituro tibi peccata remittet? Vuor. Agnus  
 ille Dei, qui tollit peccata mundi. Louerin.  
 Quid agimus domini mei, quid agimus? Mont.  
 Prodigiōsa mihi res est, quenquam mortalium  
 tantopere indurari posse. Rosem. Non est de  
 hoc misero homine spes reliqua salutis. Lo-  
 uer. Quid? tanto ne uitæ huius tædio teneris,  
 ut tibi mors ipsa hac uita tua sit optabilior?

Vuor. Christus meus hac mea uita mihi charior est. Louer. Non teneris amore parentum, nec tangeris ullo matris desiderio? Vuord.

Quid nisi homo sum, humani nihil est à me alienum. Louer. Id tamen non uidetur, quando

tam leuis tibi est illorum calamitas, & crudelis si oportet, qui hac tua pertinacia occasionem fortasse parentibus dederis, ut uel ad incertam uiam uel ad laqueum adigantur. Nam ne nescias, tui odio grandæuus parens editui munere, quod tot annos ille gessit, nunc exautoratus est.

Ioannes Cus-  
stos à Vuor-  
de patris nos  
men est: qui  
hanc filij sor-  
tem fortissi-  
me tulit.

Non putas hanc iacturam mordere uirum senem? Atqui hunc tu seruare potis es ne pereat, ne se doloribus maceret, taceo grauiora. Vuord.

Sunt mihi quidem chari parentes, sed charior Christus: cuius hic negocium priuatis meis affectibus preferendum duco. Ego parentes meos Deo patri commendo, illic tutissima ipsis ara fuerit, ad quam confugiant in necessitatibus suis. Neque dubito quin Pater optimus benigne eam gratiam parētibus dederit, ut meam hanc sortem (ut debent) in Domino patienter ferant. Louer. Quid uxor? num illa tibi sedet animo? Vuord. Nemo carnem suam unquam odio habuit. Amo eam, fateor, sed in Domino alium amorem neque ipsa postulat, neque illi debeo. Louer. Ego opinor, rem multo aliter habere,

Alia tētatio.  
Ephes. 5.

ferant. Louer. Quid uxor? num illa tibi sedet animo? Vuord. Nemo carnem suam unquam odio habuit. Amo eam, fateor, sed in Domino alium amorem neque ipsa postulat, neque illi debeo. Louer. Ego opinor, rem multo aliter habere,

ferant. Louer. Quid uxor? num illa tibi sedet animo? Vuord. Nemo carnem suam unquam odio habuit. Amo eam, fateor, sed in Domino alium amorem neque ipsa postulat, neque illi debeo. Louer. Ego opinor, rem multo aliter habere,

ferant. Louer. Quid uxor? num illa tibi sedet animo? Vuord. Nemo carnem suam unquam odio habuit. Amo eam, fateor, sed in Domino alium amorem neque ipsa postulat, neque illi debeo. Louer. Ego opinor, rem multo aliter habere,

ferant. Louer. Quid uxor? num illa tibi sedet animo? Vuord. Nemo carnem suam unquam odio habuit. Amo eam, fateor, sed in Domino alium amorem neque ipsa postulat, neque illi debeo. Louer. Ego opinor, rem multo aliter habere,

bere, atq; tu dicis. nam tædet, ni fallor, cū eius  
 defecta etate iuuentutē tuam transigere. Quæ  
 causa est, q̄ mori malis in hac correpta religio  
 nis persuasione, quā ad triste sterileq; coniu-  
 gium tuum redire. nonne rem ipsam dixi? Vu-  
 ord. Minime gentium, ô præclare. Ego enim  
 coniugē meam amplector pro fide conjugali ip-  
 si et data et debita: eius amorē etiā facile posue-  
 ro, siquidē ita iusserit Dominus. ipse enim Chri-  
 stus suum negat discipulum, qui non reliquerit  
 patrem & matrem, uxorem & agros, & sequa-  
 tur se. Louer. Quid si hac te captiuitate exi Sathanæ no-  
 meremus? num ad coniugem tuam redires, quæ uæ oppugna-  
 tibi occasio fuit tanti doloris ac laboris? Vu-  
 ord. Quid ni redirem, cum ipsa sit os de osi-  
 bus meis, & caro de carne mea? Neg; est enim,  
 cur illi hanc crucem feram acceptam, non ma-  
 gis q̄ Christus patri suam mortem acceptam tu-  
 lit. Louer. Quid: an nouo etiam gaudio ex-  
 hilires, si te his uinculis solutum abire quolibet  
 liberum pateremur? Vuord. Si faceretis, nō  
 esset ingratum: porrò cum non facitis, non de-  
 ijcior hinc animo. In omnem nimirum Dei uo-  
 luntatem me uersandum & rotandum offero.  
 Louer. Quid si uxorem huc accersamus, optes  
 ne cum illa assatim colloqui? Vuord. Optem  
 quidem, si posset contingere. Louer Num &

Os impudens iugalem cum illa copulam inire iuuet, si detur?  
 sentatoris. Vuord. Phy, propudiū. Louer. Quid? Vu-  
 Phy expuen ord. Quòd me tam ineptis quæstionibus fati-  
 et abominan gatis? Louer. Bono animo sis, uxor hodie è  
 sis uox est. Vuorda huc accersitur: imo iam eam adesse au-  
 dio. est quòd lateris: dabitur enim et uidendi et  
 colloquendi copia. Vuor. Ego uestris uos per-  
 mitto consilijs. quid tandem de me, de uxore, &  
 causa mea statuatis, non laboro. Consilium Do-  
 mini stabit, & omnis eius uoluntas fiet. Louer.  
 Cum tibi uxor omnino ducenda esset, iuniorem  
 ducere debebas, quæ tibi liberos pareret. Vu-  
 ord. Vah, q̄ nō decet calumniatori, quod in uir-  
 tutibus etiam reprehendat? Si iuniorem duxis-  
 sem, aut ualde formosam, iam hoc coniugiū car-  
 nis opus fuisset interpretati. Nunc uerò cum  
 mihi ducta sit uxor non opulenta, non suspecta,  
 sed statæ formæ fœmina, etateq; plus q̄ inte-  
 gra, quæ fœcūditatis annos tamē nō excedit, a-  
 huc inuenit iniquus sycophanta quod calumnie-  
 tur. Louer. Dixisti, ob hoc potissimū tibi du-  
 ctam uxore, quòd ab uxorio cōgressu, per car-  
 nis furorem non posses temperare, ita ne? Vu-  
 ord. Dixi quod res erat. Louer. Continui-  
 si ab uxoris contactu hoc quadrimestre totum.  
 quod si diutius te in carcere detinere mus, nōne  
 per-

Vxor in mo-  
 nasterium de-  
 trusa à mari  
 si necesse.



perpetuò cogereris cœlebs uiuere? Quid ergo  
extremam necessitatem libidini tuæ pratexis?  
Vuorden. Adeone uos crudelem aut plagosum  
facitis Deum, ex uestro eum metientes animo,  
ut me sinat tentari supra id quod possim? Satis  
mihi hætenus negocij fuit cū hostibus meis spi-  
ritualibus intus et foris, ut non etiam carnis il-  
la petulans libido suum furorē in me exereret.  
Quid, quòd uos mihi cum uestris laruis & per-  
sonis uincendi eratis, quibus alioqui fascinatur  
incauti & simplices? Louer. Optem equidem  
ut diabolo ipsi fuisset incubus, cum primū uxo-  
rem tuam inires: optem ut uel cum decem puti-  
dis scortis tum quidem rem habuisses, cum uxo-  
ri tuæ primum congredereris, tantū nobis exhi-  
bes negociorum & molestiæ. Vuorden. Phy,  
pudeat te tantæ blasphemiæ in Deum & eius in-  
stitutum coniugale. Tunc uir consultus, adeoq;  
omnium consiliariorum, idq; in Cæsaris aula,  
qui tam absurda, tam obscœna & impia per-  
sonas? pudet pigetq; me tui, ita me Deus amet.  
Montan. Ne incandescas tantopere mi domi-  
ne Ioannes, non enim recte intelligis quid di-  
cat dominus Præses. Nam hæc eius mens est,  
Si cacodæmoni incubuisses, si scortationes fre-  
quentasses, culpam tuam studiosè submoni-  
tus, statim agnouisses. Porro ingenuè culpam

confiteri, nemo erat ueniam negaturus. Iam  
uero concubuisi uxori, et inconcussum thorum  
pro gloria ducis: tantum abest, ut culpam tuam  
supplex depreceris. quare et uenia indignus es.  
Hec tua pertinacia, hoc cor poenitere nescium  
male habet dominum Præsidem. Vuord. Si id  
genus frigidis commentis poteritis Deum iudi-  
cem illudere, non male habebit causa uestra.  
sed Deus non irridetur. Louering.

Reducatur ad suum ergastulū,  
homo perditus ac ma-  
liciosus.

POSTREMI HVIVS  
congressus finis.

STV.

## STVDIOSO LECTORI

Guliel. Gnapheus.

**H**Abes cādidē lector, huius dialogismi exitum: quem mihi in carcere unā agentī Vuordenas noster statim denarravit, quam paries intererat, sed ligneus, hinc minus habeas quod de fide huius disputatiōis dubites. Quæ uerò postea euenēre, quatenus uel ē carcerē speculari licuit, uel ab alijs bonæ fidei uiris gesta accepi, paucis dabo. Ingruēte iam huius diei nocte, quo hæc disputata sunt, per carceris custodem, sub horam decimā, nimirum tacitē, suo ergastulo educitur Pistorius, quasi cum uxore sua ( quæ tum quidem in ædium penetrabilibus aderat) colloquuturus esset. Sed eluserūt bonum uirum mendacijs, & falsa spe lactauerunt filij diaboli, qui pater est omnium mendaciorum. Non enim ad uxorem, sed in neruū deducitur subterraneum uir bonus, ad quem nulli prorsus dabatur diebus aliquot accessus. Ea captiuitatis forma haud obscure significabant illum iam morti destinatum. Ibi uerò cippo obstructis pedibus insidet martyr noster quatuordecim diebus. Tentatur hic postremò eius fides, animiq; constātia omnifariam à magnatibus, à monachis, à sacerdotibus, à Consulibus et à plebeis hominibus, quos illuc uariè tentatū miserāt

Hoc collo-  
quium in carce-  
re priore has  
bitum est.

Abrahami e-  
xemplum.

Sophistæ, ut saltem ad reuocandum adducere-  
tur. Sed operam omnem luserunt omnes. nam  
ne ad latum quidē unguem à ueritatis confes-  
sione discedere uolebat. Possem hic commemo-  
rare parentis optimi Ioannis Custodis senioris  
amicissimum cum filio colloquium, quem cum  
uideret uir bonus confirmata esse fide in Deum  
eiusq; uerbum, et coniugium uelle sanguine suo  
uindicare, ita ut mortē contēneret, neq; quicq;  
eorum, qd' ipsum ab instituto retraheret, respi-  
cere, aut supra Christum charū habere: confir-  
mationem filium à se relinquere uolens, iussit il-  
lum maētē animo ac uirtute esse. paratū se qui-  
dem Abrahami exemplo, filium oppidō charū,  
utpote à quo nunq̄ ullam lēSIONEM accepisset,  
Deo offerre. Quod patris factum mirē dissipu-  
it Inquisitoribus, et omnes aduersarios pessimē  
habuit. Dignus quidē labor esset, si pariter cō-  
memorarem, quonam responso unūquēq; mo-  
nitorem in carcere hoc quatrīduo exceperit,  
quibusq; dictis & monitis singulos dimiserit,  
nisi nominibus abstinerem, et res ipsa prolixum  
sermonem postularet. Tandem uero cum uide-  
rent Sophistæ & aduersariorum turba se nihil  
quicq; proficere, quocunq; tandem telorum ge-  
nere constantissimum martyrem adorirentur,  
uicti ipsi uincere parant uel ignibus. Extrui-



tur rogus, indicitur captiuo suum fatū. Quem  
nūcium cum stupendo quodā et raro animi gau-  
dio excepit. Totā nocte sese meditationi, sacre  
lectioni, & quieto aliquandiu somno dedit.

Aula Comis-  
sū Hollādiæ  
apud Hagie.

Postero autē die in extructo pro aula princi-  
pis amphitheatro circumfident in sedilibus pur-  
pura uelatis (ut conspicui omnibus essent) hinc  
Comes Montigonus ab Hogostratē cum uniuer-  
so Hollandiæ Consulatu: illinc uerò in suis or-  
dinibus confident D. Ridderus Suffragator Epi-  
scopus idemq; Dominicaſter. Aſidebant tres  
Abbē uiri egregiē indocti, & bene cucullati.  
Sequuntur inquisitores Theologi. In medio por-  
rò orchestræ erat suggestus, in quo fortiter &  
flebili uoce clamabat dicam, an ululabat Fran-  
ciscanus quidam Leyden. homo bis cæcus, cor-  
pore nimirum & animo. Hic martyris nostri pa-  
radoxa, coram aſtante populi corona hære e-  
os odio acriter degrauabat. Vbi ad articulum  
sacerdotalis coniugij uentum erat, negabat il-  
lum propter mulieris concubitum condemna-  
ri, Quem quoniam contendisset Vuordenas  
nihil habere criminis et culpæ, hinc eum ad sup-  
plicium iustē rapi. Absolutam concionem,  
nō minus impiam quàm indoctam, conuersa ad  
populum facie Vuordenas excipit Apologiam

ex abrupto exorsus: Videtis, inquiens, fratres  
mei, quanta vi Antichristus suum illud regnum  
tueatur. Et erat reliqua prosequuturus (dictu-  
riebat enim plurima) nisi Nicolaus ille Damni-  
us lictor primarius pro causa tentantē dicere,  
indignanter adeo retraxisset, cum aperta inter-  
minatione publicē facta, nisi siceret, obuerso li-  
gno os ipsi obstruaturum. Quae uox mirē moue-  
bat popularium animos ad indignationem. Pa-  
ret tamen homopus impiorum tyrannidi, tanq̄  
uis destinata mactationi. Sub hęc prophana-  
tur à Suffragatore Iacobo Riddero: degradari  
uocant. Nam adhibitis ceremonijs, panoplia sa-  
cerdotali de more exuitur, raditur, et spectacu-  
li uice proponitur. Exutus iam amictu ecclesia-  
stico, quem ut execratum inter degradandum  
indignē summouebat. Et iam (inquit) propius  
Christianum refero hoc meo, quāuis profano uesti-  
tu, quā paulò ante. Mox ueste gilua circumdatur,  
sed contractiore, quā ubi corpori suo aptare co-  
naretur. Euge, inquit, hęc mihi uestis illusioni  
erit cum Christo: bene habet. Capitis quoq; uer-  
tici eiusdem coloris pileum imponitur auricula-  
re: ut morionis specie cunctis uisentibus appa-  
pareret. Hoc tam raro tamq̄; nouo amictu  
contectus, & ut mundi peripse ma habitus Vu-  
ordenas, hilari atq; alacri uultu sentētiam mor-

tis per D. à libellis pronūciatam excepit. Dein  
de ad mortem ultro adproperat, ductori, q̄ du-  
cto similior. Eadem erat in uultu festiuitas, idē  
faciei habitus ad extremum uq; uite spiraculū  
ipsum prosequēbatur. Prætergrediens carcerē  
concaptiuos suos fratres elata uoce ad marty-  
rion animabat his uerbis: Ecce, inquit, fra-  
tres charissimi, pedem meum nunc posui in ipso  
martyrij limine: bono animo estote, ut fortissi-  
mi christi milites, meo exēplo prouocati, Euan-  
gelicam ueritatem ab iniuria uindicate. Quam  
uocem illi cōsentaneo suffragio leti excepere,  
clamore & plausu ē carcere palā sublato: mox  
ecclesiasticis cantionibus eius martyrion cele-  
brarunt. Concinnebant enim freudentibus Chri-  
sti hostibus, has gratulatorias cantiunculas, Te  
Deum laudamus, Certamē magnū, &c. & O be-  
ata sanctorum martyrum solennia. Neq; con-  
quieuerunt, & à cantādo desislerunt hi boni ui-  
ri, Bernardus Monachus, Gerardus Vormarus,  
et Gulielmus Traiectinus, donec hic martyr no-  
ster spiritū Deo obtulisset. Nam uno adeò tem-  
poris articulo tam licuit spectare Vuordenatis  
obitum, q̄ audire illorum carminum finem. Hæc  
sanè triumphalis cantio adeò commouit perse-  
quutorū animos, ut postridie iddē suppilicium  
passuri fuissent, nisi aduersarij omnes Vuorde-  
natis

natis nostri martyrio multo constantissimo tan-  
topere fuissent fracti. Sed ad Vuordenatem.  
Is cum iam rogam conscendisset, carnificē pro-  
num sibi factum, & quam mortem illaturus illi  
erat de more deprecantem, blandē excipit, &  
fratris nomine compellatum benignē dimittit,  
reuocato tamē illi in memoriā uaticinio, quod  
superiore anno Harlemi de se dederat. Denun-  
ciarat enim fore, ex animi sui præfagio, ut in li-  
ctoris manus ob rem Euangelicam olim incide-  
ret. Cæterum ubi iam ignibus admoueretur pro-  
pius, pectus ipse suum tortori aperit, ut Pulue-  
rem ille bombardicum inspargeret. Mox con-  
scensa sella, palo tergum suum arctius appres-  
sit. Cum uero sentiret tortorem maturare iugu-  
lum, oppidoq̄ triumphanter morti suam oppro-  
brauit uictoriam: Vbi nunc est, inquit, infer-  
ne gloriatio tua? ubi mors uictoria tua? Absor-  
pta est mos in uictoria Christi. Verum enimue-  
ro cum iugulū sibi peti à carnifice aduerteret,  
funem quo præfocandus erat, suis ipse mani-  
bus aptabat iugulo. Hinc in cælum suspiciens,  
Domine Iesu, inquit, ignosce istis, nesciūt enim  
enim quid faciunt. Et obstrangulante tortore,  
ô Iesu Christe fili Dei, inquit, memento mei, mi-  
serere mei. Quo dicto spiritus illi excludeba-  
tur. Quam extremam uim, quam præfocatio-  
nis



nis torturam nulla membrorum agitatio, nulla  
capitis cōcussio, nulla item oculorum inuersio,  
(ut ferè fit) sequebatur. quod memorabile cum  
primis existit. Dixi ses non nisi in amœnum  
quempiam somnum martyrem hunc nostrum  
solui, ut uerè soluebatur. Viuit enim cum Chri  
sto exutus malis omnibus, qui à Christiani nomi  
nis confessione ne in morte quidem discessit.

Quam uirtutem nobis etiam largia  
tur in finem ille qui est super  
omnia Deus benedictus  
in secula. Amen.

FINIS SUPPLICII.

ARGENTORATI PER VVEN-  
delinum Ribelium. Anno  
M. D. XLVI.

